CONSTITUTIONES BASILICAE PRINCIPIS APOSTOLORUM DE URBE A NICOLAO 3. BONIFATIO 8. IULIO…

Basilica di San Pietro in Vaticano

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 D
35

3-23

Digitized by Google

XXII d 19

18.C.

Digitized by Google

CONSTITVTIONES
BASILICAE
PRINCIPIS APOSTOLORVM
DE VRBE

A Nicolao III. Bonifatio VIII. Iulio II. Paulo III. Sixto V. & Paulo V. Sum. Pontificibus editæ

Nuper à Beneficiatis & Clericis Beneficiatis eiuſdem Baſilicæ Typis eorum expenſis mandatæ.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. 1656.

Digitized by Google

Digitized by Google



Et Tu aliquando conuerſus
confirma ſeruos tuos.

Digitized by Google

Digitized by Google

Bullæ Nicolai III. Pont. Max.

S V M M A R I V M.

BAſilica Principis Apoſtolorum ad ſimilitudinem Ciuitatis S.Hieruſalem, nouæ quam Chriſtus illius ſponſus per militantium vnitatem, conuerſationis exempla, multitudinem conuerſorum, & numerum ſeruitorum amplificat. 1

Baſilica iſta cunctarum Eccleſiarum ſpeculum eſt, & exemplar, in qua etiam quieſcit Eccleſiæ Principatus. 2

Parentes Nicolai Papæ III. requieſcunt in hac Baſilica. 3

Nicolaus III. fuit Archipresbyter Baſilicæ ſub Pontificatu Ioannis XXI. immediatè eius Prædeceſſoris. 4

Canonicorum numerus ad decem tantum redactus, quorum aliqui erant debiles, & nonnulli variè ægrotabant. 5

Nicolaus III. dum fuit Archipresbyter de conſenſu Capituli ordinationem, & reformationem Baſilicæ ſtatuit per Ioannem XXI. confirmatam. 6

Seruientium numerus in Baſilica non poterat augeri ſine augumento facultatum. 7

Ioannes XXI. ad preces Nicolai III. tunc Archipresbyteri de prouentibus Altaris maioris donauit Baſilicæ centum libras prouenien. annis ſingulis vſque ad annos viginti, & idem Nicolaus poſt eius aſſumptionem vltra obuenta ex eius ſolicitudine, etiam quatuordecim millia centum octuaginta libras prouenien. donauit Baſilicæ ad poſſeſſiones emen. ex quibus prouentus illius fuerunt adaucti. 8

Nicolaus III. vocatus ad apicem Apoſtolatus, quòd per Ioannem XXI. eius Prædeceſſorem fieri optabat ipſemet perfecit. 9

Nicolaus III. vltra prædictas mille libras, etiam quinque mille libras prouenien. necnon quingentas marchas ſtirlingorũ de bonis ſui Cardinalatus, & alia ſua ſollicitudine acquiſita donauit Baſilicæ ad poſſeſſiones emen. 10

An-

11 *Augmentum redditu um Baſilicæ in ipſo Pontificatu Nicolai III.*

12 *Nicolaus III. reformationem Canonicorum, & Beneficiatorum nouiter inſtitutorum mandauit M.S. Mariæ in Porticu Diacono Cardinali Archipresbytero, & illius ſucceſſoribus.*

13 *Nicolaus III. mandat ordines Ioannis xxI. ceſſare, & eorum loco ſuccedere eius ordinationes perpetuò obſeruandas.*

14 *Canonicorum numerus incertus, licèt per Innocentium IV. vſq; ad numerum 25. fuerit taxatus.*

15 *Nicolaus III. præter Archipresbyteri, Cameræ, & Metæ portiones mandat inſtitui ad minus 22. Canonicos, quibus cedentibus, vel decedentibus, quod alij in eorum locum infra ſex menſes ſubrogentur.*

16 *Augendi, & minuendi numerum Canonicorum ſub arbitrio* Rom. Pont.

17 *Canonicorum portiones non excedere ſexaginta libras prouenien.*

18 *Canonici non recipiant eorum portiones, niſi in Baſilica reſiderint, & ſint in ſacris conſtituti, & in primo anno eorum reſidentiæ non recipiant, niſi dimidias portiones de omnibus diuidendis.*

19 *Canonicus in ſacris non conſtitutus diſtributiones dumtaxat recipiat, nec ſtallum in Choro, & vocem habeat in Capitulo, niſi ab Archipresbytero, vel à Capitulo, Archipresbytero abſente, gratiam habuerit.*

20 *Canonicorum numerum ad xxx. & facultatibus Baſilicæ ſuperexcreſcentibus ad 33. portiones augeri computatis Archipreſbyteri, Cameræ, & Metæ portionibus.*

21 *Quia 22. Canonici non ſufficiunt tantæ Baſilicæ 30. Beneficiati inſtituantur, qui in perpetuum beneficientur in ea.*

22 *Beneficiati in eorum inſtitutione aſſequantur ius Beneficiatorũ Baſilicæ, & per Archipresbyterum, vel eius Vicarium, & Capitulum ad pacis oſculum recipi debeant.*

23 *Beneficiati tamen non reputentur à Baſilica alieni, ſed in ipſa*

ſint

Digitized by Google

ſint perpetuò beneficiati, ac etiam Beneficiati Chori S. Petri vocentur, & tàmſpiritualia, quàm temporalia in eadem Baſilica percipiant, & aſſequantur pleno Iure.

Beneficiatis cedentibus, vel decedentibus, alij infra ſex menſes ſubrogentur, & numerus 30. non minuatur. 24

Beneficiati ad tractatus Capituli non admittendi, niſi vbi agitur de alienatione immobilium, vel Iurium Baſilicæ, & tunc tot ſint Beneficiati, quot fuerint Canonici in Capitulo. 25

Beneficiati non ſint Collegium, nec vniuerſitas, poſſint tamen in communi in iudicio, & extra tanquam Collegium, & Vniuerſitas, ſiuè corpus agere, & eorum iura defendere. 26

Beneficiatis per Archipresbyterum, & Capitulum ſtallum in Choro poſt Canonicos, vel ſub Canonicis aſſignan. 27

Vnuſquiſque Beneficiatus de redditibus Baſilicæ triginta libras Senatus prouenien. annis ſingulis ad minus percipiat non diminuen. niſi portiò Canonici reſidentis quinquaginta libras non attigerit. 28

Bona immobilia Beneficiatis donata, vel legata Baſilicæ applicentur. 29

Quantitas ſexaginta librarum taxata ſingulis Canonicis non tranſcendat, quouſque ad numerum 30. Canonicorum non fuerit peruentum. 30

Si Canonicorum numerus excedit portiones nihil percipiant, ſed teneantur expectare, quouſque portiones vacabunt. 31

Portiones Canonicorum abſentium, & medietas fructuum primi anni conuertantur in emptionem poſſeſſionum, ex quibus Canonici, & Beneficiati valeant prouideri. 32

Quomodo & quando nouus Canonicus aſſumi debeat. 33

Anniuerſariorum denarij, quomodo diuidendi. 34

De oblationibus Altaris maioris, & alijs minutis, quid. 35

Si aliquid in pecunia mitteretur Cameræ Baſilicæ applicetur, & quid de alijs. 36

Elargitum in pecunia in adeptione poſſeſſionis Canonicatuum 37

Ca-

Cameræ applicetur, de prandio, ſinè pabulo, & alia quomodo diuidenda.

38 Elemoſina data Canonico Sacerdoti in communi non deducenda.

39 Minuta & excepta diuiden. Canonico duæ partes, & vna Beneficiato, & quomodo pro perſonalibus obſequijs, & miniſtrantibus, & quid de alijs.

40 Paramenta, vaſa aurea, argentea, & cætera ad ornamentum Altaris, & miniſtrorum, quæ pro Diuino cultu Baſilicæ obuenerint non diſtrahantur, ſed remaneant in communi.

41 Si portio Cameræ deputata pro expenſis in communibus negotijs procuran. & vtiliter exequen. non ſufficit, ad arbitrium Archipresbyteri & Capituli aſſumatur quantum ſufficere videbitur.

42 Beneficiatorum inſtitutio coniunctim ad Archipresbyterum, & Capitulum, correctio vero, & reformatio ad Archipresbyterum ſolum pertineat.

43 Lites, & quæſtiones ortæ inter Capitulum, ſeù aliquem de Capitulo, & Beneficiatos per Archipresbyterum, vel eius Vicarium, abſente verò Archipresbytero, & Vicario per Capitulum, dummodo partem non faciat, terminentur.

44 Canonicus iuriſdictionem, imperium, vel dominationem aliquam non habeat in Beneficiatos.

45 Prouentus Baſilicæ, ſeù de Camera communi ſingulis Beneficiatis abſque diminutione diſtribuantur, & quomodo.

46 Beneficiatus pro diſtributionibus habeat viginti libras prouenien. & decem pro beneficio anno quolibet quas percipiat in Feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, ſi per totum annum præcedentem fuerit reſidens, & ſeruiens.

47 Beneficiati non debent priuari decem libris prædictis, etiam ſi interdum abeſſent à Choro, niſi notabiliter in eiuſdem ſeruitio fuerint negligentes.

Solu-

Solutis ſexaginta libris pro portionibus Archipresbyteri, Canonicorum, Cameræ, & Metæ, ac triginta pro ſingulis Beneficiatis, ac expenſis pro neceſſitatibus Cameræ, quod ſuperſt in fine anni in emptionem bonorum immobilium conuertatur, vt quanto citius ad numerum tricennarium Canonicorum perueniri poſſit. 48

Forma ſeruanda in diſtribuen. Canonicis diſtributiones in Choro. 49

Non reputabitur præſens in Matutino, & alijs horis, qui non fuerit præſens in Choro ante finitum Gloria patri primi Pſalmi, & in Miſſa ante finitum vltimum Kyrie eleiſon. 50

Exeuntes Chorum, & diuinum officium intermittentes ſine cauſa neceſſaria, & vtiliter euidenti corrigantur. 51

Abſentes pro ſeruitio Eccleſiæ percipiant integras diſtributiones, & à quo ſit concedenda licentia. 52

Canonici durante eorum infirmitate percipiant diſtributiones, dummodo in Eccleſia ſint reſidentes, vel in Vrbe præſentes. 53

Cum infirmis ſuſpectis ab Archipresbytero, Vicario, & Capitulo, vel ſolis Camerarijs, quid agendum. 54

Cum Canonico ad portionem admiſſo nec promoto, quid agendum. 55

Canonici diebus ſingulis tàm feſtiuis, quàm ferialibus in Matutinis percipiant tres denarios, in Prima vnum, in Miſſa tres, in Tertia vnum, in Sexta vnum, quæ deinceps in Choro cantetur, in Nona vnum, & in Veſperis tres, in Quadrageſima adimatur vnus denarius, & Completorio adiungatur. 56

Canonicis in Feſtiuitatibus hic expreſſis addantur aliæ diſtributiones hic notatæ. 57

Quando ad ſummam hic expreſſam diſtributiones nō aſcendunt & in alijs caſibus, quid ſit ſeruandum. 58

Canonico extra Clauſtrum pernoctante ſolidi duo quolibet die 59

Digitized by Google

die adimantur, & Cameræ applicentur.

60 Canonicis ex gratia conceduntur viginti dies interpolati in toto anno pernoctandi extra Clauſtrum pro ſuis, vel amicorũ negotijs, vel alia honeſta cauſa abſque diminutione ſolidorum duorum quolibet die.

61 Canonicus, cui negotia Baſilicæ committuntur, ſi ex eius malitia, dolo, vel fraude damnum aliquod proueniret, tenetur reſarcire damnum, & iuxta qualitatem erroris in exemplum aliorum puniatur.

62 Quatuor de Canonicis, & duo de Beneficiatis fide digni, per quos credatur negocia Baſilicæ fideliter, & prudenter pertractari per Archipresbyterum, & Capitulum annis ſingulis aſſumantur ad officium Camerariatus.

63 In Camerarijs ſex prædictis multa fidelitas & induſtria requiritur, accipiant omnes fructus, & prouentus Baſilicæ, & cuncta ad eorum manus deueniant, quæ ſunt communia Baſilicæ, præter excepta.

64 Camerarij ſex prædicti omnia, quæ ad partitionem, diſtributionem, conſeruationem, & expenſas pertinent, exequantur, & faciant, omniaque recipiunt, diſtribuunt, & expendunt, necnon Canonicorum abſentias ab Eccleſia, vel ab horis determinant.

65 Camerarij ſex prædicti vnuſquiſque habeat ſuum quinternum, in quibus cuncta ſcripta reperiantur, vt appareat quantum fuerit in Camera ad poſſeſſiones emendas, & an Canonicis, & Beneficiatis fuerit de eorum portionibus ſatisfactum.

66 Vnuſquiſque ex Camerarijs ſex prædictis habeat vnam clauem, & digna cuſtodia conſeruent omnia bona, præſertim pecuniam, & alia, quæ ratione ſui valoris, & pretio fuerint conſeruanda, & computum reddant in fine anni de omnibus, quæ ad eorum manus deuenerint, & infra quindecim dies faciant computum generale, vt noui Camerarij poſ-

ſint

Digitized by Google

ſint de omnibus informari.

Canonicis praſentibus, & perſiſtentibus vſque ad finem computorum diſtributio, & non intereſſentibus adimitur de eorum portione & quid. 67

Quid diſtribuatur Canonicis, & Beneficiatis Camerarijs intereſſentibus in ſingulo computo, & ſi aliquis à ſuo offitio fuerit impeditus alius ſubrogetur per Archipresbyterum, & Capitulum ſub vinculo eiuſdem iuramenti. 68

Duo priores Beneficiati Presbyteri, & duo priores Diaconi ex Beneficiatis ne illis lateat ſtatus Eccleſiæ pro eorum intereſſe debeant computis intereſſe, & vnuſquiſque recipiat medictatem eius, quod receperit Canonicus. 69

Sex Camerarij ſuccedunt loco obedientiariorum, & obedientias exerceant. 70

Forma iuramenti praſtandi per ſex Camerarios. 71

Forma iuramenti Canonicorum in adeptione poſſeſſionis Canonicatuum. 72

Forma iuramenti Beneficiatorum in adeptione poſſeſſionis Beneficiatorum. 73

Beneficiatus non recipiat diſtributiones, niſi reſederit in Baſilica, & contra pernoctantem extra Clauſtrum quomodo ſit procedendum. 74

Beneficiati notabiliter negligentes prater pœnas in Conſtitutione contentas puniantur. 75

Ex triginta libris prouenien. Beneficiatis viginti libræ diſtribuantur videlicèt, ſingulis diebus tàm ferialibus, quàm feſtiuis, in Matutino duo denarij, in Prima vnus, in Miſſa tres, in Tertia vnus, in Sexta vnus, in Nona vnus, in Veſperis duo, in Quadrageſima vèro adimatur vnus denarius, & Completorio adiungatur, itaque vnum denarium in Veſperis, & duos in Completorio recipiant. 76

In omnibus feſtiuitatibus in quibus diſtributiones adduntur Canonicis, Beneficiatis, etiam fiat additio, ſed in diſpari

videlicet, ſi decem denarij dantur Canonico, ſex Beneficiato, & ſi ſeptem Canonico, quatuor Beneficiato, & quid de nonnullis alijs.

78 *Caſus in quibus Beneficiati habentur pro reſidentibus, & in horis Canonicis deſeruientibus ſunt infirmitas, debilitas, indecentia, ſumptio medicinæ, & ſimilia.*

79 *Beneficiati morantes extra Clauſtrum cum licentia Archipreſbyteri, vel eius Vicarij ex cauſis prædictis percipiant integras diſtributiones.*

80 *Beneficiatus obtinens beneficium, cui inſeruire oporteat Beneficiatum vacet, poſſunt tamen alia beneficia retinere, quæ non impediant ſeruitium Baſilicæ.*

81 *Beneficiatus qui ſe abſentauerit à Baſilica, & per annum licentia ab Archipresbytero, vel eius Vicario non obtenta abſque monitione Beneficiatus vacet, & alij conferatur, & quomodo ſit procedendum.*

82 *Archipresbyteratu vacante Capitulum ſuppliciter infra tres menſes petat per Sanctiſſimum D.N. prouideri de aliquo ex Cardinalibus.*

83 *Iuxta numerum Canonicorum eſt prouiden. vt promoueantur ad Ordines Sacros, & recuſantes puniantur.*

84 *Ex triginta Beneficiatis duodecim ſint Presbyteri, ſex Diaconi, & ſex Subdiaconi, & reliqui ſex in ordinibus minoribus conſtituti.*

85 *Canonici habeant habitum vniformem in Eccleſia, & in Choro à Vigilia omnium Sanctorum, vſque ad Sabatum Sanctum ſuperpelliceas lineas deferãt cappas nigras de ſaia ſimplices, deinde vſq; ad feſtum omnium Sanctorum lineis thogis ſuperpelliceis, ſiuè cottis abſque cappis.*

86 *Beneficiati habeant habitum ſimilem cum Canonicis omni tempore ſuccis & capparum apertura exceptis.*

87 *De modo pulſandi campanas.*

88 *Miſſæ & omnia alia diuina officia, tàm pro viuis, quàm pro defunctis cantentur à Canonicis & Beneficiatis.*

Miſſæ

Digitized by Google

Miſſæ conuentuales cantentur, Diaconus & Subdiaconus ſacris 89
veſtibus induti Presbytero celebranti miniſtrent.
Silentium in Choro à Canonicis, & beneficiatis obſeruan. cum 90
diuina officia celebrantur, itaut ſtrepitus, vel vociferatio
ibi non fiat, ne per verba inutilia mens à deuotione officij
retrahatur.
Sacerdos accedat ad Altare ad incenſandum non in cappa, ſed 91
ſerica, vel pluuiali.
Presbyteri primum locum, Diaconi ſecundum, & Subdiaconi 92
tertium obtineant, tàm in Choro, quàm in Capitulo, etiam
ſi poſteriùs admittantur, & idem eſt obſeruandum inter be-
neficiatos, Canonici omnes in Choro ſint Beneficiatis om-
nibus præferendi, nec inter hos, & illos ſit interſcalaris fa-
cienda mixtura.
Nicolaus III. mandat, quòd quolibet anno bis eius ſtatuta per- 93
legantur per vnum ex Canonicis videlicèt, poſt primam Do-
minicam Quadrageſimæ, & poſt primam Dominicam Ad-
uentus præſentibus in Capitulo Canonicis, & Beneficiatis, &
Canonicis dentur duodecim denarij, & Beneficiatis ſex pro
quolibet; abſentibus de eorum portione Canonico quatuor ſo-
lidi, & duo Beneficiato adimantur.
In Miſſis conuentualibus, & pro defunctis per Canonicos & Be- 94
neficiatos cantan. quid ſit ſeruandum.
In Anniuerſarijs quomodo ſit facienda diuiſio Canonicis & Be- 95
neficiatis.
Onus Beneficiatorum in vita, & poſt obitum Nicolai III. ipſis 96
demandatum, & de diſtributione illis facien.
Altare S. Nicolai in Baſilica erectum, & à Nicolao III. conſe- 97
cratum, de paramentis, & alijs illi donatis, & quomodo ſint
perpetuò conſeruanda.
Statuta contenta in hac Bulla fuerunt facta per Nicolaum III. 98
de vnanimi conſenſu, & voluntate Archipresbyteri, & Ca-
pituli mãdans illa perpetuò obſeruari cum derogatione alia-
rum quarumcunque Conſtitutionum, & Statutorum contra-
rium diſponen.

Sen-

Digitized by Google

99 *Sententiam excommunicationis profert Nicolaus Tertius contra extinguentes memoriam Statutorum, Canonicorum, & Beneficiatorum nouellam plantationem, & alia facien.*

100 *Nicolaus III. ne in ſuo pio deſiderio fallatur, rogat & depræcatur omnes eius Succeſſores Rom. Pont. vt à Deo præmium cenſequi mereantur æternum, iubeant & faciant Statuta prædicta inuiolabiliter obſeruari.*



NI-

Digitized by Google

NICOLAVS EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

CIVITATEM † Sanctam Hieruſalem nouam deſcendentem de Cœlo à DEO paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo militans figurare valet Eccleſia, vt ſit Ciuitas per militantium vnitatem, ſancta per conuerſationis exempla. Hieruſalem in vita pacifica, noua, vt iuuentus ſua renouetur, vt Aquila peccatorum vetuſtate repulſa deſcendens per timorem reuerentiæ DEO pariter, & Prælatis de Cœlo per gratiam in Eccleſiaſticis Sacramentis, à DEO paratam per fidem, virtutes, & opera, ſicut ſponſa ornata viro ſuo per decentiam & decorem: Hæc eſt illa Hieruſalem, quæ, ſecundum Prophetam, ædificatur vt Ciuitas. Ideſt ad ſimilitudinem Ciuitatis illius cuius participatio in idipſum: Hanc Chriſtus ſponſus amplificat per multitudinem conuerſorum nobis patenter inſinuans illam amplificandam fore per numerũ ſeruitorum: Hæc eſt ſuper cuius muros cum timore cognoſcimus nos à Deo poſitos eſſe cuſtodes, in eius tamen cu- 1

ſto-

ſtodia confidentes, ſine qua fruſtra vigilant, qui cuſtodiunt Ciuitatem: Profectò & ſi cunctarum Eccleſiarum nos ſollicitudo ſollicitet, ſi quotidiana ipſarum ad nos hæc pulſet in-
2 ſtantia, præcipuè tamen excitat mentem noſtram † Apoſtolorum Principis cura Baſilicæ, vt hæc velut cunctarum Eccleſiarum ſpeculum, & exemplar ordine debito dirigatur temporalibus adaucta ſubſidijs, & ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis: Excitat nos ad hoc cunctis quaſi Chriſticulis ad illam innata deuotio, inuitat origo: PETRI Sedes inducit, allicit immediata ſubiectio, quin potius vnita coniunctio, mouent nos tantorum in ea Martyrum glorioſa præiacta ſemina, de quibus quaſi tota ſeges Eccleſiæ pululauit, maximè autem motus noſtros impellit ipſa veneranda Baſilica, vt præcipua ad illam ſe noſter extendat in-
3 tuitus † in qua qnieſcit Sanctitatis Eccleſiæ Principatus, cuius Romani Pontificis animum tot motiua non moueant, cuius vel ſaxeam mentem ipſius Beati Petri ſola deuotio ad ſolicitam curam ſuæ Baſilicæ non accendant: Sanè hoc ab olim noſtris adhæſit affectibus conceptum iſtum mens noſtra diutius portauit, quem tandem cum decentia poſſibilitatis indulſit, prout potuit manifeſtauit, & peperit de Diuina ſemper confiſi clementia, vt ille in hoc noſtrum iuuaret intentum, qui in ſe petra Petrum, & eius Eccleſiam ore proprio ſtabiliuit, & dum nos curæ minoris ſtatus habebat in tanto pondere rerum mirabilia ſpeculabamus altiſſimi:
4 † Et horum potiſſimo, ac parentum noſtrorum, quorum inibi corpora requieſcunt, conſideratio noſtros ad Baſilicam direxit affectus firmauit intuitus, & deuotionem inclitam ſolidauit: † Et tandem nobis tempore felic.rec. Ioannis Papæ XXI. Prædeceſſoris noſtri Archipresbyteratus ipſius Baſilicæ cura commiſſa noſtri ad illam nos ipſos excitarunt affectus, & circa ſtatum ipſius, qui collapſus in diminutione diuini cultus, & in nonnullis alijs deformatus mul-
5 tipliciter apparebat, † eratque ad paucitatem tantam numerus reſidentium Canonicorum in Baſilica ipſa redactus,

ctus, quod non vltra quàm Decem, quorum quidam erant debiles, & nonnulli varijs ægritudinibus laborabant, nec aderant alij, qui tantum defectum circa Diuinum cultum, præcipuè in tam venerabili, & excelſo Templo ſupplerẽt: † Ab intimis cogitantes, & amplectentes animo, quod iam 6
noſtris humeris incumbebat ad ordinationem, & reformationem Baſilicæ præfatæ ſtudia noſtra conuertimus, & multa quàm Deo accepta, & Baſilicæ præfatæ ſalubria fore putauimus, de aſſenſu, ac voto vnanimi, ac concordi Capituli Baſilicæ memoratæ ordinanda duximus, & etiam ſtatuẽda, quæ omnia redacta fuerunt in ſcripturas noſtri tunc Archipresbyteratus, & eiuſdem Capituli ſigillorum munimine roboratas, & poſtmodum dictus Prædeceſſor eadem ordinata, & ſtatuta ex certa ſcientia cõfirmauit, & ſupplens omnem defectum, ſi qui forſan in illis extiterat de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis tenores ſcripturarum earundem fecit in Apoſtolicis literis de verbo ad verbum ſerioſius annotari: † Et quia ſine augumentatione facultatum miniſtro- 7
rum numerus ſeruientium in dicta Baſilica non poterat cõuenienter augeri: † Nos tunc Archipresbyter præfatæ Ba- 8
ſilicæ clementi apud eundem Prædeceſſorem ſtudio deuotæ ſupplicationis inſtitimus, vt ad eandem Baſilicam ſuæ munificentiæ dexteram aperiret, ſicque prouidè, quod læti referimus, compertum eſt, quod tum ex his, quæ idem Prædeceſſor noſtris precibus annuens præfatæ Baſilicæ clementi liberalitate donauit, præter centum libras prouenientes annis ſingulis de prouentibus Altaris præfatæ Baſilicæ Romano Pontifici debitas, quas dictus Prædeceſſor ex tunc vſque ad viginti annos eidem Baſilicæ donauit liberaliter, & conceſſit, tum ex ijs, quæ nos ante hac poſt promotionem noſtram de bonis, quæ Cardinalatus noſtri tempore habebamus pro poſſeſſionũ, & reddituum emptione contulimus, necnon ex ijs, quæ aliunde per noſtram ſollicitudinem ipſi Baſilicæ obuenerunt quatuordecim millibus, & centum octuaginta libris prouẽ & vltra in emptio-

ne huiuſmodi collocatis, eſt eidem de bonorũ temporaliũ augmẽto prouiſum, & redditus, ac prouentus ipſius non
9 modicũ ſunt adaucti: † Nobis igitur ad Apoſtolatus apicem vocatis facta eſt de volũtate neceſſitas,& feruor noſter exuberat, vt quæ per alios fieri optabamus pro ſtatu Baſilicæ principalis nũc in ſede Principis ipſius Cœleſti prouidentia præſidentes ſinceritatis affectum operis efficacia comprobemus,& licèt nobis ſit omnium Eccleſiarum Domino diſponente cura cõmiſſa, eo tamen feruentius ad Baſilicam ipsã afficimus, & proſecutione ſollicita noſtros extendimus cogitatus, & dilatamus affectus, quo ſtrictius illam infra præcordia noſtra conſtringimus,& veluti decus in Orbe Cœleſti, ac terrena prouidentia conſtitutam quadam ſpecialitate nobis vnimus ſuarum præcellentia dignitatum, & cupimus, vt ipſa proſperis augeatur auſpicijs ſecundetur amplis ſucceſſibus dirigatur prouidè, ac maioribus obſeruantijs
10 propẽſius decoretur: † Ad quæ ſtudioſius intendentes præter alia ſupradicta, & mille libras prouenientium, quæ ſunt in Camera dictæ Baſilicæ in præſentiarum pro anima noſtra, conſanguineorum, benefactorum, & aliorum fidelium defunctorum quinque millia librarum prouenientium de bonis Cardinalatus noſtri, ac alijs ex noſtra prouiſione, ac ſollicitudine acquiſitis ipſi venerandæ Baſilicæ offerimus, concedimus, & donamus, ac quingentas marcas ſterlingorum, de quibus obtinendis haberi creditur ſufficiens certitudo deputamus ad poſſeſſiones emendas,de quarum prouentibus eidem Baſilicæ ſint excreſcere facultates. Hæc quidem non ad humanam extollentiam rememoramur inaniter, ſed vt præſentibus patere poſſit, & poſteris, quibus initijs, & qualibus incrementis præſens ordinatio radicetur, & alij proceſſu temporis ad præmiſſorum augumentum, & conſeruationem proſperam deuotius exciten-
11 tur. † Præſentem itaque ſtatum ipſius in augumentatione huiuſmodi attendentes, & conſiderantes in Domino, qui ſic breui tempore redditus ipſos adauxit, quod in futurum

amplius

Digitized by Google

amplius adaugebit,& maiora dante Domino ſuſcipient incrementa, nec minus aduertentes, quod præteritis temporibus, dum ordinationi vacabamus, eidem conditiones dictæ Baſilicæ Prædeceſſori præfato in ſuis quaſi primordijs, & nobis propter breuitatem temporis ſuſcepti tunc à nobis Archipresbyteratus officij erant pro maiori parte non cognitæ; Quodque Canonici tunc in Baſilica ipſa degentes quorum aſſenſum in talibus volebamus, cum iam quaſi in antiquatæ deformitatis impreſſione calleſcerent, ad ea quæ noſtris inhærebant affectibus, de facili non poterant inclinari. Conſpicientes quoque per nos ſicut prædicitur hactenus ordinata, eaque poſtmodum, & earum circumſtantias maiori perluſtratione palpantes tam ex illis ordinatis, quàm ex alijs per nos poſtmodum viſis, & conſideratis attentius pro ſalubri,& ſolido ſtatu, ſæpè dictæ Baſilicæ actus noſtros in vnũ conflauimus,& reſtrinximus cogitatus: † Et 12
cum iam per Dei gratiam in plantatis de nouo Canonicis, & Beneficiatis reformationem amplectentibus ſecuriores ſimus effecti, & de obſeruantia debita Deo, & nobis accepta ſub prouida cura regiminis dilecti filij noſtri M. S.Mariæ in Porticu Diaconi Cardinalis Archipresbyteri eiuſdẽ Baſilicæ, ac ſucceſſorum ipſius, in ſic de nouo plantatis, & ſucceſſoribus eorum plenius confidamus ad infraſcripta ordinanda, maturius diſtinguenda clarius, & ſolidius ſtatuenda, † vt in eadem Baſilica, prædicta ordinatione ceſ- 13
ſante, loco eius ordinatio iſta ſuccedat, & quæ in ipſa connectimus, inuiolabiliter inibi perpetuis temporibus obſeruentur ſic duximus ad laudem Diuini Nominis procedendum: † Licèt igitur in ſubſcripta Baſilica non ſit certus Ca- 14
nonicorum numerus inſtitutus quanquam per piæ mem: Innocentium Papam IV. Prædeceſſorem noſtrum vicenarius quintus numerus portionum Archipresbyteri Cameræ, necnon ea, quæ ad metæ cuſtodiæ deputantur portionibus in præfato vicennario quinto numero computatis in ea ſtatutus fuerit, & taxatus, prout in priuilegio, vel Indul-

gentia ſuper hoc à præfato Prædeceſſore Innocentio ple-
15 nius conceſſis continetur: † Volumus tamen,& ordinamus in primis, quòd præter Archipresbyteri, & Cameræ,ac metæ prædictarum portiones ad minus viginti duo Canonici ſemper inſtituantur in ipſa Baſilica, & ſingulis eorum cedẽtibus, vel decedentibus infra ſex menſium ſpatium alij ſubrogentur, & hoc ipſum fiat, cum ad tricenarium Canonicorum numerum deueniri contigerit, vt inferius exprimetur,
16 † niſi circa prædictum ſemeſtre tempus diminuendum, vel augendum aliud de Romani Pontificis procederet voluntate,ita quòd iuxta dictarum vigintiquinque portionum numerum portio nulla vacet, quem numerum portionum, & Canonicorum ad certas portiones receptorum pro iſto tempore acceptamus,& admittimus nullo vnquam tempore minuendum, nec etiam augumentandum, præterquam
17 in caſu, ſeu caſibus augumenti inferius exprimendis. † Ita tamen, quod ſicut infra dicetur, aliqua portio valorem ſexaginta librarum prouenientium computatis omnibus quibuſdam exceptis annis ſingulis non excedat. Et vt ad infraſcripta efficaciter exequẽda via commodior,& habilior ha-
18 beatur, † ſtatuimus, & ordinamus, quod dicti Canonici in prædicta Baſilica inſtituti, necnon, & qui deinceps in perpetuum futuris ibidem inſtituentur temporibus, portiones non recipiant, nec admittantur ad eas, etiamſi aliàs eis de iure, iuxta ſuæ inſtitutionis ordinem deberentur, niſi fuerint in ipſa Eccleſia reſidentes, & in ſacris ordinibus conſtituti, & tunc etiam in primo ſuæ reſidentiæ anno non recipient, niſi dimidias portiones de omnibus, quæ ad diuiſionem veniunt,vt infra dicitur, ſingulis duobus menſibus faciendam, necnon & omnibus quotidianis diſtributionibus tâm in diebus ferialibus, quàm in feſtis,& anniuerſarijs defunctorum,præterquam quando diſtribuitur denarius vnus ſolus, quem diuidi nolumus, de cæteris tamen integram
19 habeant portionem. † Si tamen Canonicus aliquis non exiſtens in ſacris, cui aliàs, vt prædicitur de iure portio de-

beatur

Digitized by Google

beatur reſidere vellet, & in eàdem Baſilica deſeruire liberè poſſit hoc facere, & tunc ſicut cæteri quotidianas dumtaxat diſtributiones recipiat, & ad eas liberè admittatur, non tamen ſtallum in Choro, & in Capitulo vocem habeat ſiuè locum, nec ad ipſius admittatur tractatus, quouſque ad Sacros Ordines ſit promotus, & tunc primo anno ſuæ reſidētiæ incohandæ, poſtquàm in ſacris fuerit, contentus ſit, vt dictum eſt dimidia portione ad ſtallum in Choro, & locnm in Capitulo, & tractatus Capituli admittendus, non tamen vocem habeat, ſeù reſpondeat infra annum, niſi ab Archipresbytero, vel Capitulo abſente Archipresbytero, ſibi ſuper hoc gratia facta fuerit ſpecialis, quòd in omnibus ad portionem admittendis vlterius obſeruetur. † Quia verò 20
vigintiduobus Canonicis præter Archipresbyterum inſtitutis in ipſa, tàm veneranda, & ſolemni Eccleſia ſufficientem miniſtrorum numerum non haberet ad Diuina offitia, & miniſteria inibi, vt condecet peragenda duximus ordinandum, † vt numerus dictarum vigintiquinque portio- 21
num proceſſu temporis facultatibus ſupercreſcentibus, vt infrà dicitur augumentetur vſque ad tricenàrium tertium inclusiuè, ita quod præter dictas tres portiones, ſcilicet Archipresbyteri, Cameræ, atque Metæ triginta ſint in vniuerſo portiones in ipſa Baſilica proceſſu temporis dante Domino triginta Canonicis aſſignandæ. † Verùm quia octo 22
portionum adiungendarum dictis vigintiquinque non ſic citò forſan prouenirèt augumentum, conſiderantes viginti duorum Canonicorum numerum non ſufficere tantæ Baſilicæ, vt eſt dictum, cum etiam vix, aut numquàm accideret, quin multi ex eis diuerſis cauſis abeſſent aciem mentis noſtræ direximus, vt ex noſtra præſenti ordinatione aliqui Clerici, vſque ad triginta incluſiuè perpetuò beneficientur in ea, quos poſtquam fuerint inſtituti ſint, ex inſtitutione ipſa ius Beneficiatorum dictæ Baſilicæ aſſequantur; ad ſolidioris tamen Charitatis augumentum per Archipresbyterum, vel eius Vicarium, & Capitulnm prædictos ad pacis oſcu-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

oſculum recipi volumus in Beneficiatos Chori Baſilicæ ſupradictæ, & ad ea omnia, quæ ex hac noſtra ordinatione beneficiatis huiuſmodi concedimus, & tandem inſtitutos taliter, & receptos, cæteri Beneficiati ad pacis oſculum re-
23 cipere teneantur. † Prædicti verò Beneficiati nõ ſint Canonici, & nullum ius habeant Canoniæ; non tamen propterea ſint, aut reputentur ab eadem Baſilica alieni: ſed in ipſa ſint Beneficiati perpetuo, & etiam Beneficiati Chori Baſilicæ Sancti Petri vocentur, & in eadem Baſilica beneficia ſua, & omnia alia tàm ſpiritualia, quàm temporalia, quæ ex præſenti ordinatione eis conceduntur eo ipſo, quòd Beneficiati ſunt plenè iuxta formam infraſcriptam perci-
24 piant, & exequantur, ac eis competant ſuo iure, † quibus cedentibus, vel decedentibus infra ſex menſium ſpatium ſemper alij ſubrogentur, quorum Beneficiatorum numerum tricenarium ſtatuimus nullo vnquàm tempore mi-
25 nuendum. † Huiuſmodi verò beneficiati, cum ad tractatus Capituli admittantur, nec vocem in Capitulo habeant, nec aliquam poteſtatem de iuribus bonis, ſeù quibuſcunque negotijs ad ipſam Baſilicam pertinentibus diſponendi, niſi vbi de alienatione rerum immobilium, vel iurium dictæ Baſilicæ ageretur, tunc enim aſſentiendi, & diſſentiendi huiuſmodi tractatibus vocem habeant. Et quia veriſimile eſt, quòd numerus Beneficiatorum, Canonicorum numerum iu vocibus prædictis excederet, taliter prouidemus, quòd ſi plures beneficiati, quàm Canonici tractatibus ipſis intereſſent, cum omnes iſtis tractatibus intereſſe velimus, tot de ipſis beneficiatis dumtaxat voces in huiuſmodi tractatibus habeant, quot fuerint in Capitulo Canonici tunc præſentes quo caſu priores beneficiatorum eorundem iuxta ſuæ receptionis ordinem, vſque ad quantitatem prædictam Canonicorum tunc præſentium ad voces
26 huiuſmodi tantummodo admittantur. † Nec beneficiati prædicti ſint Collegium, nec Vniuerſitas, ſiuè Corpus, nec Prælatum ſibi poſſint conſtituere, & eligere, vel habere,

ſeù

Digitized by Google

ſeù ſigillum, aut archam communem: ſed ſubſint Archipresbytero, & Capitulo, prout inferius continetur, poſſint tamen pro ſuis iuribus, quæ in eadem Baſilica eis competunt proſequendis, tàm in iudicio, quàm extra non ſolùm ſingulariter, ſed etiam in communi agere, & defendere, ac illa proſequi in hoc caſu dumtaxat, tanquàm Collegium Vniuerſitas, ſiuè corpus, excepto quòd nec in hoc caſu, nec in aliquo alio commune ſigillum habere valeant, nec communi ſigillo quomodolibet vti poſſint. † Huiuſmodi 27
tamen inſtitutis ſtallũ in Choro Beati Petri, cui deſeruiunt poſt Canonicos, vel ſub Canonicis aſſignetur ad mandatũ Archipresbyteri, & Capituli Baſilicæ ſupradictæ, † vnuſ 28
quiſque autem dictorum Beneficiatorum de Camera, ſeù redditibus, aut prouentibus eiuſdem Baſilicæ, vſque ad triginta libras prouenieñ ſenatus incluſiuè ad minus pro ſuo beneficio ſub certo modo, ac ordinatione, vt infra dicitur annis ſingulis percipiat in nullo caſu diminuendas præterquàm in eo, qui inferius ſubſequetur, videlicèt, cum portio Canonici reſidentis quinquaginta librarum non attingeret quantitatem iuxta modum, & formam inibi clara expreſſione diſtinctos, ſaluis alijs, quæ eis ex præſenti ordinatione competere dignoſcuntur. † Si tamen eiſdem 29
beneficiatis in communi donarentur aliquæ res immobiles, vel legarentur, ſeù quomodolibet obuenirent ipſæ res eo ipſo intelligantur dictæ Baſilicæ applicari, & in ius, & prouentum eiuſdem Baſilicæ tranſeuntes omnino ſortiantur, & tranſeant in naturam cæterorum bonorum immobilium pertinentium ad eandem. † Hæc itaque ordinatio 30
ſit illibata, & inconcuſſa permaneat, & irrefragibiliter obſeruetur, quòd nec dictarum portionum, aut Canonicorum quibus aſſignandæ fuerint, nec beneficiatorum numerus minuatur, nec beneficiorum ipſis beneficiatis debitorum quantitas in hac ordinatione taxata diminutionem recipiat aliquam, præterquam menſibus inferius adnotatis: Porrò dictæ portiones Canonicis debitæ quibus

bus propter incertitudinem reddituum, & obuentionum dictæ Baſilicæ facilè non potuit decens quantitas certa,& indubitata taxari,quam ſcilicet certitudinaliter eſſet vnuſquiſque Canonicorum portionum habens annis ſingulis percepturis, ſed vt via paretur in poſterum ad redditus,& prouentus eiuſdem Baſilicæ augumentandos, ex quibus prædictorum octo Canonicorum numerus augeretur certa quantitas, vt ſupra dicitur pro vnaquaque portione taxatur, non vt minor eſſe non poſſit,ſed ne valeat aliquo caſu tranſcendi volumus, & irrefragabiliter ordinamus, vt ipſa quantitas ſcilicet ſexaginta librarum prouenientium aliquatenus tranſcendi nequeat,& nihil vltra quantitatem ipſam Archipresbyter, & Canonici de bonis ipſius Eccleſiæ, præter quædam excepta, vt infra dicitur percipere valeant, quouſque poſtquam ad ſtatum prædictum triginta Canonicorum peruentum fuerit aliud, quoad impignationem, ſeu maioritatem portionum Canonicorum, ſeù beneficiorum ipſorum Beneficiatorum, vel augumentationem numeri Canonicorum, ſeù Beneficiatorum, vel vtrorumque vt dictum eſt per Sedem Apoſtolicam, vel de ipſius beneplacito per Archipresayterum, & Capitulum vtiliter ordinetur: † Si autem contingeret aliquando
31 quouis modo Canonicorum numerum excedere numerum portionum recepti, ſeù ius Canoniæ habentes,quibus nondum eſſet portio aſſignata, nihil de bonis ipſius Baſilicæ poſſint recipere, vel habere, ſeù petere, quòd nouæ portiones pro ipſis in eadem Baſilica ſtatuantur, ſed teneantur abſque perceptione aliquorum prouentuum expectare, quouſque portiones eis de iure debitas vacare, vel forſan excreſcere contigerit ſibi, prout iuſtum fuerit
32 aſſignañ † ſed & nec eis portiones abſẽtium, quouſque abſentes fuerint, vel prouentus aliqui prouenientes ex abſentia Canonicorum ab Eccleſia,vel ab horis, nec prouenientes ex medietatibus portionum reſidentium primo anno, ſeù quęcumque alia ad commune, ſeù Cameram Ec-

cleſiæ

Digitized by Google

cleſiæ prouenientia, aliquatenus aſſignentur, cum de ijs omnibus deductis, quæ deduceñ ſunt iuxta modum, & formam ordinationis iſtius poſſeſſiones, & bona immobilia ſunt emeñ ex quibus Canonicis, & Beneficiatis valeat prouideri, & vt ad emptionem huiuſmodi immobilium poſſit efficaciter proueniri, ſtatuimus, quod de redditibus, fructibus, prouentibus, oblationibus, ſeù legatis, cenſibus, donationibus, & quibuſcumque obuentionibus vndecū-que, & qualitercumque ad dictam Baſilicam prouenientibus exceptis quibuſdam minutis obuentionibus inferius exprimendis ſingulis annis, quouſque proceſſum fuerit ad maiorem numerum portionum per Camerarium in finem anni diligens conſideratio fiat, vt de omni eo, quod ordinatis vigintiquinque portionibus, & triginta Beneficiatorum beneficijs in præſenti, & formam in præſenti ordinatione contentam: † Reſiduū quod pro neceſſitatibus, & 33
exigētijs ipſius Cameræ repoſitū fuerit vt iuxta ipſius reſidui quātitatem procedatur ad augumentū numeri portionum, vt ſcilicet cum facultates Eccleſiæ excreuerint, quod vna portio vltra dictas vigintiquinque ſtatui valeat, & fundari, quòd ſtatuatur dicta portio, & fundetur, & Canonicus aſſumatur ad eam, & deinde ſuper ordinem annis ſingulis ad dictam portionem fundandum conſideratio ſimilis habeatur, quouſque tricenarius numerus portionum adimpletus ſit, & ſtatutus: † Minuti autem denarij, qui diſtri- 34
buuntur in Choro in Anniuerſarijs defunctorum præteritis, & futuris tam in Veſperijs, & Vigilijs, quàm in Miſſa infraſcriptis modo, & forma ſeruatis. Item denarij, qui die aliquo ex deuotione fidelium ad ipſam Baſilicam mitterentur pro decantandis ſemel in diebus aliquibus, vigilijs, vel officijs pro defunctis, ſeu pro ſpeciali reuerentia, & alijs diuinis officijs quibuſcumque. Item denarij, quos percipiunt de aliquibus denarijs datis Beneficiatis; quoniam in communi, vt debentibus aliquid, qui diſtribuunt in Choro. Item infraſcripta excipiuntur, & in prædictis

Digitized by Google

non computentur, & diuidantur, fiatque de eis, quod &
35 ſicut hactenus fieri conſueuit: † Videlicet quicquid obueniet de oblationibus maioris Altaris, & omnium aliorum in filis candelis thuræ, & faculis, tortijs. Denarij, candelæ, & faculæ, quæ obuenerint Canonicis de eleemoſyna, quæ fit in die depoſitionis defuncti, præſentibus Clericis. Denarij, qui dantur pro Iachonia, ſeù Diaconia defunctorum. Ea quæ in pane, vino, carnibus, piſcibus, & alijs commeſtibilibus pro ſeptima, trigeſima, & etiam annuali Capitulo, ſeu Canonicis tranſmittuntur; † ſed ſi
36 quid in denarijs mitteretur, id Cameræ applicetur, illa, quæ aliquando non ex debito, ſiuè iure, ſed ex mera, & pura liberalitate, ſeù curialitate mittentium in croco, & alijs commeſtibilibus ipſi Capitulo deſtinentur. Denarij, qui de obuentionibus maioris Altaris in matutinis quarumdã feſtiuitatum tantum Canonicis cantoribus tunc præſentibus exhibeantur: Denarij qui tribuuntur Canonicis præſentibus illis horis, quas Canonicorum aliquis, ſeu quiuis aliquis propter alicuius Sancti reuerentiam non ex ordinatione, vel obligatione perpetua, vel in locum, ſed pro ſuæ deuotionis arbitrio interdum faceret in ipſa Baſilica decantari, Gallinæ, quas illi de Bucceia Capitulo in carniſpriuio quolibet anno mittunt ſinguli duo ſolidi, quos duos habeant Sacerdotes, qui in feſto Omnium Sanctorum, & die ſequenti ſedent ad valuas Eccleſiæ, vel alibi ad recipieñ eleæmoſynas, quæ dãtur pro memorijs defunctorum, quicquid verò deductis quatuor ſolidis ſupradictis
37 de eleæmoſynis ipſis ſupereſſe continget ad communem Cameram Baſilicæ ſupradictæ deducatur. † Prandium, ſiuè pabulum Charitatis, quòd fieret per aliquem in Canonicum receptum, & ſuæ portionis poſſeſſionem adeptũ ex mero arbitrio, & libera voluntate. Si quid verò in pecunia abſolutè, & liberaliter ab ipſo recepto fuerit elargitum, illud communi Cameræ applicetur. Procurationes, ſeu commiſſiones quas Canonici prælibati recipiunt

Digitized by Google

ad feſtum alicuius Cappellæ ipſi ſubiectæ Baſilicæ accedantes centum viginti panes, vnus porcus, & vnus caſtratus, qui ab Eccleſia Sanctæ Marthæ, ac ſex cerei, & quatuordecim piperis libræ, quæ ex debito, vel de iure Baſilicæ debentur eidem, & viginti quatuor caſtrati,qui dantur dictæ Baſilicæ de herbaticis facultatem, & duodecim denarij, quos quando vadunt ad Hoſpitale Sancti Spiritus, cum Effigie Ieſu Chriſti ſunt ſinguli Canonicj percepturi. De centum verò ſolidis, qui à Præceptore, & Confratribus Hoſpitalis ipſius dantur fiat per omnia, quòd infra de anniuerſarijs ordinatur. Procurationes, quæ Canonicis tàm pro perſonis ſuis, quàm æquorum vecturis,& expenſis alijs iuxta Baſilicæ prædictæ iura,vel conſuetudines antiquas debentur illis, ſcilicet, qui ad viſitandum loca aliqua, vel aliàs quomodolibet de mandato, & beneplacito Archipresbyteri, vel eius Vicarij, & Capituli, vel ſolius Capituli in ipſorum Archipresbyteri, & Vicarij abſentia mitterentur. Denarij, qui dabuntur Canonicis præſentibus in computis faciendis: Denarij quos Canonici recipient, qui in Quadrageſima,& Aduentu præſentis ordinationis intererint lectioni. Denarij, qui dantur Canonicis portantibus ad Altare, & reportantibus Cathedram Sancti Petri. Denarij qui conſueuerunt dari Canonicis numeratoribus, vel electoribus monetarum. Caniſtra poponum, vuarum, & aliorum fructuum, arborum, ſeu hortorum, & alia ijs ſimilia, quæ Capitulo, ſeu Canonicis contingeret prouenire. Reſiduum facularum, quas minores hactenus percipere conſueuerunt de oblationibus Altaris Sanctæ Mariæ de Cancellis percipiſſent, cum ipſi Altari in Miſſa deſeruiunt Presbyter, & miniſtri: Item octo ſolidi, qui in hac ordinatione vnicuique Canonicorum, vt infra dicetur conceduntur. † Non teneantur tàm Sacerdotes, quàm inferioris gradus Canonici deducere 38
in commune, vel Cameræ applicare, quæ non Capitulo, vel Canonicis in communi, ſed alicui Canonico ſpeciali-

ter dantur in eleæmoſynam, vel vt pro viuis, ſeù defun-
ctis Miſſarum, ſeù Officiorum Diuinorum, vel orantium
ſuffragia impartiantur, quod & generaliter intelligimus de
omnibus, quæ Canonico alicui dignoſcentur perſonaliter
39 obuenire. † Volumus quoque quòd minuta, & excepta
prædicta inter Canonicos, & Beneficiatos dictæ Baſilicæ
diſtribuantur ita videlicet, quòd Canonici tunc præſentes
& qui pro præſentibus ſunt habendi. De minutis, & ex-
ceptis eiſdem duas partes inter eos pro virili æqualiter di-
uidendas; Et prædicti Beneficiati præſentes, & pro præ-
ſentibus habendi ſimiliter tertiam habeant portionem in-
ter eos modo ſimili diuideudam. Non autem intendimus,
quod ea, quæ de prædictis exceptis interdum iuxta ritum,
& conſuetudines dictę Baſilicæ pro perſonalibus obſequijs
ſeu miniſterijs per certos ex eis faciendis taliter obſequē-
tibus, vel miniſtrantibus exhibeatur cum aliqua ex eis ex
ſui qualitate in diuiſionem non cadant, quædam verò la-
borantibus defalcari non deceat in diuiſionem, vel parti-
tionem cum alijs, abſque conſenſu ſic obſequentium, vel
miniſtrantium vertantur. Vnaquæque autem dictarum
portionum in ea computatis vigintiquatuor libris prouē-
nieñ, vel circiter pro quotidianis diſtributionibus Cano-
nico inſeruienti per totum annum in ſingulis horis cano-
nicis, prout infra dicetur, deputatis, etiam ſi in toto, vel
in parte ipſas vigintiquatuor libras à Canonico recipi non
contingat, qui ab horis omnibus, vel aliquibus forſan ab-
eſſet valorem ſexaginta librarum prouenieñ annis ſingulis
aliquatenus non excedat, quantumcumque aliquo forſan
anno obuentiones, ſeu facultates ipſius Baſilicæ excreſce-
rent, vel eas contigerit ampliari: ſed ſi deductis ſingulis
triginta libris prouenieñ ſingulis Beneficiatis debitis, &
eis quæ pro Camera ad expedienda communia negotia
ipſis Baſilicæ fuerit opportuna, prouentus, & obuentio-
nes ipſius ad tantum poſſent aſcendere, quòd vnaquæq;
portio computatis omnibus, quibuſdam exceptis, vt di-

ctum eſt ſexaginta libras prouenieñ valere poſſit in anno, abſque diminutione vnaquæque portio illo anno ſexaginta libras prouenieñ ſit valoris; at quod præter dictas vigintiquatuor libras vnicuique præſenti Canonico pro quotidianis diſtributionibus diſtribuendas in horis triginta ſex libras prouenieñ percipiat vnuſquiſque Canonicus reſidens in ipſa Eccleſia iuxta formam inferius adnotatam, quæcumque tamen bona immobilia, ſeu pro mobilibus bonis emendis, † & quæ in paramentis vaſis argenteis, & 40
aureis, & cæteris ad ornatum Altaris, & miniſtrorum eius pro cultu Diuino eidem Eccleſiæ obuenirent pro portionibus, & Beneficiatorum beneficijs deducendis ad quamcumque ſummam, ſeu quantitatem in hac ordinatione taxatam nullatenus diſtrahantur, ſed remaneant in communi. † Deniqueſi portio Cameræ deputata ad expenſas 41
faciendas pro ipſius Baſilicæ tantum ad arbitrium Archipresbyteri, & Capituli aſſumatur, quantum ſufficere videbitur ad ipſius Baſilicæ communia negotia procuranda & vtiliter exequenda. Prædictorum quoque Beneficia- 42
torum inſtitutio, & deſtitutio, ſcilicet perpetua amotio à ſuo beneficio, & Baſilica ſupradicta ad Archipresbyterum & Capitulum ipſius Baſilicæ pertineat pleno iure. Correctio verò, & reformatio, priuatio ſuorum beneficiorum ad tempus; vel ſuſpenſio ab eiſdem, & omnis iuriſdictio & cenſura; necnon & omnis ordinatio, depoſitio ſtatus eorum ſaluis his, quæ ex præſenti ordinatione ipſis Beneficiatis, prout in ea continetur competere dignoſcuntur præter dictas inſtitutionem, & deſtitutionem, ſeu amotionem perpetuam ad præfatũ Archipresbyterum pertineant per ſe, vel ſuum Vicarium, ſiuè Canonicus fuerit, ſiue alius exercendæ. † Sed & quæſtiones omnes controuer- 43
ſiæ, diſcordiæ, ſiue lites, quas inter ipſos Beneficiatos interdum oriri contigerit, vel inter ipſos beneficiatos, ſeu aliquem ipſorum ex vna parte, & prædictum Capitulum, vel aliquem de capitulo ex altera per Archipresbyterum,

ſeu eius Vicarium terminentur. Eo tamen tempore, quo Baſilica prædicta Archipresbyterum nō haberet, vel quod idem Archipresbyter ageret in remotis, nullo pro ſe dimiſſo Vicario præmiſſa omnia ad Capitulum ipſum pertineāt, illo caſu dumtaxat excepto, in quo Capitulum in defendendo partem faceret, vel agendo, in eo namque caſu adi-
44 ri alius competens Iudex poſſit. † Nullus etiam Canonicus per ſe iuriſdictionem, ſeu imperium, vel dominationē, ſeu auctoritatem quamcunque exercere poſſit in aliquem de beneficiatis eiſdem, nec ipſos ſuperbis, vel ampulloſis verbis, ſeu factis iniurioſis exaſperet, quamquàm ipſi Beneficiati vniuerſos, & ſingulos Canonicos tanquam ma-
45 iores honore condigno proſequi debeant, ſicut decet. † Præterea de communibus prouentibus ipſius Baſilicæ, ſeu de Camera communi ſingulis annis abſque omni diminutione ſingulis prædictorum Beneficiatorum diſtribuantur, & ſoluantur in horis canonicis, prout inferius diſtinguetur ſingulis viginti libræ prouenieñ ſenatus ad minus, vel circiter, ſi tamen forſan aliquo anno ad tantam tenuitatem, ſeu exilitatem, quod abſit, portiones Canonicis reſidentibus debitæ, & in omnibus horis canonicis per totum annū deſeruientibus deuenirent, quod quinquaginta librarum prouenien. computatis omnibus iuxta pręſentem ordinationem in ipſis portionibus computandis non attingerent quantitatem illo anno, ſi placeret Capitulo diminutio triginta librarum conceſſarum benefitiatis eiſdem in ea dumtaxat, & non maiori poſſit fieri quantitate pro rata, quòd ſinguli Canonici reſidentes, & quotidianas diſtributiones percipientes horarum per ſuppletionem eis faciendam de dictis triginta libris ſingulorum Benefitiatorum dupplo
46 maiorem tantum, quàm ipſi Benefitiati portionem. † Cum autem inter alia ſpecialiter ordinemus, quod triginta librę prouenien. Benefitiatis ipſis viginti, videlicet, vel circiter in quotidianis diſtributionibus, & decem pro ſuis benefitijs aſſignentur, ſic ipſas decem libras diſtribui volumus,

quòd

quòd qui præſentes fuerint in feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli, ſeù qui pro præſentibus ſunt habendi illi ſoli percipiant, qui per totum annum præcedentem fuerint reſidentes, & deſeruientes in ipſa Baſilica reputandi. † Non enim 47
qui forſan interdum à choro abeſſent, cum tunc chori diſtributione priuentur iſtis decem libris priuari deberent illi, ſeu eis ſicut rationabile videbitur, poſſint in toto, vel in parte priuari, qui iudicandi eſſent meritò in chori ſeruitio notabiliter negligentes, & quibus pæna huiuſmodi infligenda meritò videretur. † Rurſus ſtatuimus, & ordina 48
mus, & inuiolabiliter volumus obſeruari, vt de omni eo, quod quolibet anno finito in Camera ſupererit ex omnibus obuentionibus, & cunctis, quæ ad Cameram ex Canonicorum, ſeu Beneſitiatorum abſentijs, vel quomodolibet deueniſſent exceptis vaſis, & aliquibus quæ pro cultu diuino viderentur Archipresbytero, & Capitulo Cameræ deductis, & ſolutis ſexaginta libris prouentibus pro ſingulis Archipresbyteri, Canonicorum, Metæ, ac Cameræ portionibus, & triginta libris prouenientibus pro ſingulis Beneſitiatorum beneſitijs, necnon & expenſis Cameræ pro neceſſitatibus eiuſdem, prout ſuperius eſt expreſſum poſſeſſiones, & alia immobilia bona emantur, ex quibus poſſit prouentus, & ipſius Baſilicæ redditus augumentari, & vt hæc ſalubris ordinatio, in quà prouidè dirigitur, vt ad trigeſimum Canonicorum numerum, non multa poſt tempora dante Domino valeat perueniri citius, & celerius ad finem debitum deducatur propter quod interdicimus, & diſtrictiſſimè prohibemus, vt nihil de eo, quod remanserint de omnibus obuẽtionibus factis deductionibus, vt ſupra proximè eſt expreſſum inter Canonicos diuidatur omnino, ſeu vſibus alijs deputetur. † In quotidianis autem di- 49
ſtributionibus inter Canonicos diſtribuendis in horis hanc formam ſtatuimus, & modum, & volumus obſeruari, vt ſcilicet exceptis caſibus infraſcriptis nullus eas percipiat, nec alicui concedatur, niſi præſens in choro fuerit, & horæ interſit,

50 terſit, in qua diſtributio fuerit facienda: † Non reputabitur autem præſens, niſi Chorũ intrauerit in Matutinis ante finitum Gloria primi Pſalmi, qui dicitur poſt venite, & in Miſſa ante finitum vltimum Kyrie eleiſon. In omnibus autem alijs horis ante finitum Gloria primi Pſalmi, qui in ipſa hora cantantur, & præſens fuerit, quando circa finem
51 Miſſæ, & horæ fuerit denariorum diſtributio facienda, † caueat autem ſibi, qui abſque cauſa neceſſaria, vel vtili euidenti Chorum non exeat, neque Diuinum Officium intermittat. Si quis autem de hoc vitioſus fuerit, prout ſua ma-
52 la conſuetudo fuerit meruerit corrigatur. † Illi autem, qui de mandato Archipresbyteri, vel eius Vicarij, & Capituli, & ſolius Capituli abſentibus ab Eccleſia Archipresbytero, & ipſius Vicario abſentes ab Eccleſia fuerint, vel ab horis propter ſeruitia, ſeu negotia Eccleſiæ procuranda, quamdiù ſic abſentes fuerint percipiant diſtributiones horarum, & portionem ſuam integrè, ſicut cæteri reſidentes, & in ijs pro reſidentibus habeantur propter perceptionem tamen huiuſmodi maius temperamentum, & moderamen poterit adhiberi circa expenſas eorum de prouentibus Eccleſiæ, ſeu Cameræ faciendas. † Si quis autem de reſidenti-
53 bus Canonicis ſic infirmati, vel debilitati fuerint, eo ſcilicet tempore, quo in ipſa Eccleſia reſident, vel pro reſidentibus ſunt habendi, tantaque, ſeu talis eſſet eorum infirmitas, ſeù debilitas, quod abſque periculo proprij corporis, vel multum notabili, & magna indecentia, quæ poſſet errorem, vel ſcandalum generare, ſcilicèt ex legaturis emplaſtris in locis indecentibus, vel huiuſmodi horis intereſſe non poſſint, non excludantur à diſtributionibus ſupradictis: ſed eas percipiant durantibus ipſis infirmitatibus, & debilitatibus, & indecentijs, quas etiam percipient medicinati ſemel in anno diebus quatuor, & minuti ſex vicibus in anno duobus diebus in vnaquaque minutione, dummodo prædicti in ipſa Eccleſia fuerint reſidentes, vel in Vrbe de licentia tamen Archipresbyteri, vel eius Vicarij,

& Ca-

& Capituli, vel ſolius Capituli abſentibus ab Eccleſia Archipresbytero, & eius Vicario commorentur. † Si quis 54 autem ab Archipresbytero, vel eius Vicario, & Capitulo, ſeu ſolo Archipresbytero, vel ſolo Capitulo, in ipſius abſentia, vel ſolis etiã Camerarijs haberetur ſuſpectus, quod infirmitatem, vel debilitatem, ſeu indecentiam non haberet, quæ ipſum propter periculum, vel indecentiam, iuxta quod dictum eſt à chori, vel horarum ſeruitio, meritò redderent excuſatum huiuſmodi ſuſpicione durante ſibi distributionum medietas ſubtrahatur, quouſque rationabiliter oſtenderit ſe nihil agere ſimulatè, & ſibi nõ eſſe iuxta hanc ordinationem diſtributiones huiuſmodi ſubtrahendas, vel euidenter appareret ipſum eas percipere non debere, in quo caſu ſicut priuandus eſt omnibus, ſic etiam alio ſibi debent diſtributiones integrè miniſtrari, ſuſpicionis tamen exceptæ medietatem tantum recipiat, vt dictum eſt. † Ab hac etiam quotidiana diſtributione nullus Cano- 55 nicorum portionem habens, vel ad portionem admiſſus, ſeù cuius portio debita ſibi vacet, licèt efficaciter non ſit admiſſus ad eam, quia non eſt promotus ad ſacros Ordines aliquatenus excludatur, etiãſi in ipſa Eccleſia non reſideat: Si forſan aliquãdo in choro horarum in qua fuerit facta diſtributio ipſum ſupradicto modo intereſſe contingat. Nam regulariter ſoli reſidentes in ipſa Eccleſia, & qui pro reſidentibus habentur ſunt iuxta formam præmiſſam ad perceptionem diſtributionum huiuſmodi admittendi. † Dicta- 56 rum autem quotidianarum diſtributionum exhibitio, vel diſtributio ipſis Canonicis ita fiet ſingulis diebus, tàm ferialibus, quàm feſtiuis in matutinis percipiat tres denarios proueñ vnuſquiſque, in Prima vnum, in Miſſa tres, in Tertia vnum, in Sexta vnum, quæ deinceps in eodem choro cantetur. In Nona vnum, in Veſperis tres, in Completorio vnum, quod deinceps in choro immediatè poſt Veſperas dicetur, præterquàm in Quadrageſima, in qua hora conſueta cantetur, & in ipſa Quadrageſima vnus denarius

Digitized by Google

adimatur à Veſperis, & Completorio adiungatur : ita quòd
duos denarios in Veſperis, & duos in Completorio perci-
57 piat vnuſquiſq; . † Infraſcriptis autem feſtiuitatibus, & die-
bus prædictis diſtributionibus fiat additio, ſicut inferius di-
ſtinguetur, nam præter diſtributiones prædictas in Veſperis
Vigiliæ Apoſtolorum Petri, & Pauli vnuſquiſque percipiat
decem denarios prouen̄. In Vigilijs decē, in Matutinis de-
cem, in Miſſa decem, & in Veſperis feſti decem. In vnaqua-
que autem infraſcriptarum feſtiuitatum ſcilicèt, in octauis
Apoſtolorum Petri & Pauli, in feſto dedicationis Baſilica-
rum ſuarum. In feſto Natiuitatis Dominicæ, in Epiphania,
in feſto Aſcenſionis Dominicæ, & in Pentecoſtes vnuſquiſ-
que percipiat ſeptem denarios prouen̄. In Veſperis vigiliæ
ſeptem, in Vigilijs ſeptem, in Matutinis octo, in Miſſa, &
in Veſperis feſti ſeptem, & in feſto verò Reſurrectionis Do-
minicæ, in quo vigiliæ non cantantur, in Veſperis, quæ
Sabatho Sancto dicuntur percipiat vnuſquiſque nouem
denarios, in Matutinis nouem, in Miſſa nouem, & in Veſ-
peris feſti nouem; In vnaquaque autem infraſcriptarum
feſtiuitatum vnuſquiſque percipiat duos denarios; in Veſ-
peris vigiliæ duos, in Vigilia duos, in Matutinis duos, in
Miſſa duos, in Veſperis feſti duos. Feſtiuitates autem
ſunt hæc, feſtum Aſſumptionis B.Mariæ Virginis, Sancti
Matthæi Apoſtoli, Sancti Lucæ, Sanctorum Simonis, & Iu-
dæ, Omnium Sanctorum, Commemoratio Mortuorum,
Dedicationis Altaris Sanctæ Mariæ de Cancellis, Sancti
Andreæ, Dominica de Gaudete, Sancti Stephani, Cathe-
dra Sancti Petri, Dominica Quinquageſimæ, in qua den-
tur in Miſſa quattuor denarij, cum vigiliæ non præcedant
Sancti Gregorij. Die lunæ poſt Paſcha, in qua dentur
quatuor denarij, in Miſſa cum vigiliæ non præcedant.
Dominica in qua cantatur Ego ſum Paſtor bonus, in
qua dentur quattuor denarij in Miſſa, cum vigiliæ non
præcedant, & Sanctæ Petronillæ: In ſingulis verò fe-
ſtiuitatibus infraſcriptis de cætero vigiliæ decantentur:

In

Digitized by Google

In quibus duos denarios in Vigilijs ; & duos in Miſſa percipiant vnuſquiſque ; feſtiuitates autem ſunt hæ. Commemoratio S. Pauli, Martialis, SS. Proceſſi, & Martiniani, S. Alexij, S. Mariæ Magdalenæ, S. Iacobi, Sancti Petri ad Vincula, S. Laurentij, S. Bartholomæi, S. Aegidij, Natiuitatis S. Mariæ, Exaltationis S. Crucis, S. Michaelis, S. Franciſci, Dedicationis Baſilicæ Saluatoris, S. Martini; Dominica de Aduentu, in cuius Miſſa dentur quatuor denarij, cnm Vigiliæ non præcedant, S. Nicolai, Secunda Dominica de Aduentu, in qua quatuor denarij dentur in Miſſa, quia vigiliæ non præcedunt, S. Luciæ, S. Thomæ, S. Ioannis Euangeliſtæ, S. Silueſtri, Circumciſionis Domini, Conuerſionis S. Pauli, Purificationis S. Mariæ, S. Matthiæ, Dominicæ Paſſionis, in qua dentur quatuor denarij in Miſſa, quia vigiliæ non præcedũt, Annunciationis B. Virginis, S. Lõgini, Dominica Palmarũ, Sabbato ſancto in cuius Miſſa dẽtur quatuor denarij, quia vigiliæ non præcedũt, S. Marci, SS. Philippi, & Iacobi; Inuentionis Sanctæ Crucis, Apparitionis S. Michaelis, S. Barnabæ, Natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ, SS. Ioannis, & Pauli, & S. Leonis Papæ; In ſingulis quoque vigilijs B. Virginis, quæ cantantur diebus, Veneris, ſi feſtum nouem lectionum non occurratt, A Dominica prima poſt Penthecoſtem, vſque ad Dominicam de Aduentu, & ab Octauis Epiphaniæ, vſque ad Dominicam de Paſſione ſingulis Canonicis præſentibus, vel qui pro præſentibus ſunt habendi de Camera, præter alia denarij duo dẽtur. Canonicos haberi pro reſidẽtibus, & reſidẽtes eſſe in Eccleſia; Statuimus illos qui in canonica, ſiue infra clauſtrũ ipſius canonicę cõmorãtur, vnde reſidens habeatur illa die Canonicus, qua infra clauſtrum ipſius Canonicæ pernoctabit. Et vbicunque extrà clauſtrum ipſum pernoctare contigerit, non reputetur, vel habeatur reſidens illa die, illis caſibus dumtaxat exceptis, in quibus ex præſenti ordinatione alibi pernoctantes percipiunt ſua beneſitia, vt Canonici reſidentes. † Amplius 58

Digitized by Google

quia huiuſmodi quotidianæ diſtributiones horarum ad vigintiquatuor libras prouentuũ aſcendere dignoſcuntur in anno reſtat, quod illo anno; quo portio ad ſexaginta librarum quãtitatem aſcenderit viginta ſex libræ prouenień in pecunia, vel in rebus præter ipſas diſtributiones cuilibet Canonico reſidenti debentur, harum autem triginta ſex librarum ſolutionem, ſeù diuiſionem ſic ordinamus, & diſponimus faciendum, vt ſcilicet finitis ſingulis duobus menſibus, vnicuique Canonicorum reſidentium, ſex libræ prouenientium perſoluantur in pecunia, vel in rebus pro reſidentia in ipſis duobus menſibus iam completa. Illis autem menſibus, in quibus bladi Annonæ, & grani diſtributio fuerit facienda; ſi habita conſideratione numeri portionum quãtitas harum rerum tanta fuerit, vt id quod poſſet pro ſua portione ad vnumquemque Canonicorum reſidentium peruenire, iuxta veram extimationem ad maiorem ſummam aſcenderet, quàm ſit quantitas ſex librarum, nihilominus in hoc caſu in rebus prædictis non diminuatur portio Canonici reſidentis, ſed diligens cõſideratio eſt habenda, quantum in ipſis rebus vltra ſex libras receperit vnuſquiſque, & hoc redacto diligenter in ſcriptis tantum, cum ex reſidentia præcedenti ſuum non fecerit, quod vltra valorem ſex librarum prouenientium tunc reciperent de portione primo ſequenti, vel ſi illa ad hoc non ſufficere de alijs portionibus continuè ſequentibus adimatur, quod ipſe Canonicus redigatur ad ſtatum, in quo in fine anni exceptis diſtributionibus, & alijs, quæ ſunt ex hac noſtra ordinatione excepta non vltra triginta ſex libras prouentuum reperiatur aliquatenus percepiſſe, & ſi forſan veriſimiliter dubitaretur de aliquo; quod ſe deberet ab Eccleſia abſentare, & ad eam longis temporibus non redire, non fiat ei vltra valorem ſex librarum ipſarum rerum aſſignatio, niſi ſufficienti præſtita cautione, quod ſi propter ſuam abſentiam non poſſet de ſequentibus ſuis portionibus illo anno Eccleſiæ ſatisfieri, de eo quod vltra

ſum-

Digitized by Google

ſummã ſex librarũ percepiſſet Eccleſiæ, ſeù Cameræ redderetur, quicquid ſibi fuiſſet vltra ſolutũ. Illo autẽ anno, quo forſan ad ſummã ſexaginta librarũ computatis omnibus, propter excepta, veriſimiliter videretur non poſſe aſcendere portionem ſolutionis dictarum ſex librarum, vel in ſingulis terminis fiat diminutio præfatæ quantitatis ad quam videtur aſcendere portio illo anno, vel prouideatur ſic, quod in ſolis terminis circa finem anni vno, vel pluribus ſic diminutio ipſa fiat, quod ſolutionibus omnibus computatis nõ reperiatur in fine anni percepiſſe vltra id, quod ſibi ex hac ordinatione debetur. Tales quoque partes per quas hęc ſolutio imminet facienda prouidentia, & prouiſio habeatur, vt vnuſquiſque ſemper reperiatur in Camera, quod in fine ſingulorum duorum menſium ſemper poſſit Canonicis reſidentibus ſecundum modum prædictum ſolutio prouenire. † Si quis autem 59
Canonicus extra dictam Canonicam, ſeù Clauſtrum ipſius pernoctauerit, in caſu, in quo reſidens non habetur pro ſingulis diebus, quibus extrà pernoctauerit, ſinguli duo ſolidi prouentuum ſibi adimantur, & Eccleſiæ ſiuè Cameræ applicentur; de ſolutione in proximo ſibi termino, ſcilicet in fine duorum menſium facienda, quæ ſolutio ſiuè præſens, ſiuè abſens fuerit, ſibi fiat deductis ſingulis duobus ſolidis pro diebus ſingulis, pro quibus reſidens nõ habetur; vt ſic præmiſſa percipiant ſoli reſidentes, & non alij, vel qui pro reſidentibus ſunt habendi. † De gratia tamen 60
concedimus, quod ſi per totum anni curriculum pro ſuis, vel amicorum ſuorum expediendis negotijs, ſeù ex quacunque alia honeſta cauſa, viginti diebus interpollatis, ſeù continuis extrà Canonicam, ſeù Clauſtrum ipſius voluerit pernoctare liberè poſſit hoc facere, abſque dictorũ duorũ ſolidorum defalcatione, ſeù diminutione aliqua facienda: ſed hoc ad pluries dies, quàm ad viginti nullatenus extendatur, cõtra fraudẽ autem, vel deteſtandam negligentiam aliquorũ, qui licèt pernoctent in Canonica, ſiuè Clauſtro,

&

Digitized by Google

& in nullo, vel in modico in horis, & alijs Eccleſiæ obſequijs deſeruirent prouideatur per ſubtractionem prouentuum in toto, vel in parte aliqua per Archipresbyterum, & Capitulum, prout eis ſecundũ Deum videbitur expedire.

61 † Et quia Canonicorum quibus in nonnullis caſibus committerentur ipſius Baſilicæ negotia peragenda prouida diligentia circa ipſius magnum ſubſidium ijs, ad quæ tendit præſens ordinatio præſtare poterit in futurum ſic duximus ſtatuendum, vt quilibet Canonicus cum negotia ſibi commiſſa officij ſui debitum ſic fideliter, ſic ſollicitè ſtudeat adimplere, quod ex hoc Deo, & Apoſtolorum Principi ſe reddat acceptum, & ipſa Baſilica in prouentibus augeatur, & ſi forſan ex ipſius malitia, dolo, ſeù fraude ipſi Baſilicæ damnum aliquod proueniret, præter id, quod ipſe tenetur, damnum huiuſmodi reſarcire idem Canonicus iuxta qualitatem ſui erroris, & quantitatem damni taliter puniatur, quod ipſius pœna alijs tranſeat in exemplum.

62 † Statuimus inſuper, & ordinamus, quòd annis ſingulis quatuor de Canonicis reſidentibus, & portionem percipientibus, & duo de Beneficiatis reſidentibus, & beneficia percipientibus fide digni per quos credantur negotia præfatæ Baſilicæ debere tàm fideliter, quàm prudenter, & vtiliter pertractari per Archipresbyterum, & Capitulum aſſumantur ad Cameratiatus officium exercendum, quorum aſſumptio viuente Archipresbytero nunquam fiat abſque requiſitione, & conſenſu Archipresbyteri in Vrbe, vel in vicinis partibus exiſtentis, etiamſi abeſſet ab Vrbe, & eius

63 Vicarius in Eccleſia reſideret. † In Camerarijs enim iſtis multa eſt fidelitas, & induſtria requirenda. Prædicti autem ſex Camerarij accipiant omnes fructus, redditus, & prouentus, & obuentiones quaſcunque vndecunque, & qualitercunque ad ipſam Eccleſiam pertinentes, præter quædam minuta inter excepta contenta, & in portione minimè computanda, quæ ad manus Camerariorum, nec oportet, nec congruit deuenire, nec hactenus deuenerunt. Et ad

manus

manus eorum cuncta deueniant, quæ ad ipſam proueniunt Baſilicam, ſeù ex hac ordinatione vel quocunque modo ſunt communia ipſius Baſilicæ, vel Cameræ applicanda. † Omnia quoque contenta in ordinatione præſenti quæ 64
ad partitionem diſtributionem, & conſeruationem, & expenſas pertinent, ſeruent, exequentur, & faciant iuxta formam, modum, & ordinem in eadem ordinatione contentos, & omnia quæ recipiunt, diſtribuunt, diuidunt, & expendunt, & cætera, quæ ad ipſorum ſpectant officium, puta Canonicorum abſentias ab Eccleſia, vel ab horis, & ijs ſimilia determinando, tempora, & perſonas, & cæteras circumſtantias. † Prout ad declarandum in huiuſmodi ſta- 65
tum Eccleſiæ, ſeu Cameræ fuerit opportunum, ſic diligenter ſeparatim vnuſquiſque conſcribat, vt in ſex libris, ſeu quinternis reperiantur cuncta conſcripta; quatenus manifeſtè appareat, quid, & quantum in camera fuerit ad poſſeſſiones emendas pro Eccleſiæ prouentibus augumentandis, & an Canonicis, & Beneficiatis ſufficienter iuxta hanc ordinationem de ſuis portionibus, & beneficijs fuerit ſatisfactum. † Sub ſex quoque Clauibus, quarum 66
vnuſquiſque cuſtodiat vnam omnia bona, quæ ad manus ipſorum deuenerint, tanta, & tali digna cuſtodia conſeruentur, præſertim pecunia, necnon & alia, quæ ratione ſui valoris, aut pretio, aut qualitate pro vtilitate Eccleſiæ diligenter fuerint conſeruanda rationem, & computum dictis Archipresbytero, vel eius Vicario, & Capitulo in fine duorum menſium, cum diſtributio ſex librarum fuerit Canonicis facienda reddant, & faciant diligenter, vt pro illo tempore ſtatus Baſilicæ, ſiue Cameræ ſciri poſſit, in fine tamen anni poſt finitum ſuum officium infra quindecim dies, vel infra tempus eis ab Archipresbytero, vel eius Vicario, & Capitulo aſſignandum de omnibus ad ſuum officium pertinentibus reddant ipſis, & faciant computum generalem Status Eccleſiæ, quo ad temporalia ſciri poſſit, & noui Camerarij poſſint ſuper omnibus informari. De quibus

bus

Digitized by Google

bus aſſumendis priuſquam annus Camerariorū præcedentium finiatur eſt per Archipresbyterum, & Capitulum ſollicitè prouidendum. † Reſidentes autem Canonici ſollicitè conueniant ad computum edendum, & ſingulis eorum, qui in computo interfuerint, & perſtiterint, quouſque computus terminetur in vnoquoque computo in fine duorum menſium de communi Cameræ ab ipſis Camerarijs denarij duo dentur. In generali quoque computo faciendo anno finito, dentur ſingulis duodecim denarij ab eiſdem. Illi verò qui non conuenerint ad computum audiendum, non ſolum non habeant, quod in ipſo computo fuerant percepturi, ſed de participatione, quæ fuerit in duobus menſibus imminentibus facienda eorum ſingulis, ſinguli duo ſolidi ſubtrahantur de portione, quoque proximè ſequenti ad computum generale ſubtrahātur vnicuique decem ſolidi communi Cameræ applicandi, niſi eos infirmitas, ſeù debilitas, aut minutio, vel ipſius Eccleſiæ

67 (see above)

68 negotia iuſtè, & rationabiliter excuſarent. † Vt autem ipſorum Camerariorum tàm Canonicorum, quàm Beneficiatorum ſollicitudo, & labor aliqualiter leuientur, in vnoquoque computo in fine duorum menſium faciendo, vltra portionem, & beneficium, quæ, vel quod ipſum contigit dictorum Canonicorum ſingulos octo ſolidos, & dictorum Beneficiatorum ſingulos quatuor ſolidos percipiat vnuſquiſque. Et ſi aliquem illorum in longum ab executione ſui officij cōtigerit impediri alius ſibi per Archipreſbyterum, & Capitulum ſubrogetur, vt cæteri iuramenti

69 vinculo aſtringendus. † Ne autem dictos Beneficiatos lateat Status Eccleſiæ, & vt ipſius ſtatus, & notitia apud perſonas, quarum intereſt, & quæ prodeſſe valeant, poſſint eiuſdem Baſilicæ commoda procurare. Statuimus, quod in ſingulis computis faciēdis, duo priores Presbyteri, duo priores Diaconi de ipſis Beneficiatis, qui præſentes tunc fuerint, & potuerint eiſdem computis debeant intereſſe, non vt vocem habeant in Capitulo, ſeu de Statu Eccleſiæ

ipſius,

ipſius, vel prouētuū, ſeu cōputationis ipſius, aliquid diſponentes, & vnuſquiſq; ipſorū recipiat medium eius, quod receperit Canonicus, qui cōputis ipſis interſit. Nulli de cæ- 70
tero in prædicta Baſilica obediētiarij fiant, ſicut conſueuerunt hactenus fieri; ſed prædicti ſex Camerarij obedientias exerceant vniuerſas, & dictorū obedientiariorum officia fideliter exequantur, quo vſque per Sedem Apoſtolicā, vel de Romani Pontificis conſcientia per Archipresbyterum, & Capitulum ſuper hoc aliud contigerit ordinari; Et ſi aliquem propter prædictorū executionem ab Vrbe abeſſe cōtigerit reliqui, ſuum officium faciant, ita tamen quod ſemper tres, vel duo ad minus remaneant ibidem ad officium exercēdum. Cùm verò ipſis Camerarijs Cameræ committitur officium præſentibus Archipresbytero, vel eius Vicario, & Capitulo iurabunt tactis Sacroſanctis Euāgelijs ſub hac forma. ✝ Nos tales ad exercendum officium Cameræ 71
noſtræ Baſilicæ à præſenti die, vſque in annum completū aſſumpti tactis Sacroſanctis Euangelijs promittimus, & iuramus quod officium nobis cōmiſſum fideliter exequemur, prouentus, & obuentiones omnes ad dictā pertinentes, ſeù prouenientes Baſilicam pro poſſe noſtro procurabimus, vt nobis abſque diminutione integrè conſignentur, ipſoſque cuſtodiemus fideliter, & diuidemus, & portionem faciemus, & tàm Canonicis in diſtributionibus, & alijs pro ſuis portionibus, quàm Beneficiatis Chori Baſilicæ S. Petri pro ſuis beneficijs integrè ſatisfaciemus de bonis eiuſdem Baſilicæ, ſeu Cameræ, & quæ reſidua fuerint fideliter conſeruabimus, iuxta quod hæc omnia ſigillatim diſtincta ſunt in ordinationibus, ſeu ſtatutis factis per Sanctiſſimum Patrem D. Nicolaum Papam Tertium, prout in ipſius priuilegio, ſeù litteris ſua Bulla bullatis plenius continetur. Extimationem quoque rerum aſſignandarum Canonicis ſecundum ſtatuta prædicta pro ſuis portionibus bona fide iuxta communem valorem ſecundum noſtram conſcientiam faciemus. Nulli Canonico, ſeù Beneficiato ſcienter de

bonis ipsius Basilicæ dabimus, aut ipſum pro poſſe noſtro auferre, vel recipere permittemus, vltra id quod eis debetur ex præmiſſis ordinationibus, seù ſtatutis, & ſeruabimus modum, & formam, & ordinem expreſſos ibidem. Si ſciuerimus, vel non leuiter crediderimus aliquem Canonicum, seù Benefitiatum in recipiendo vltra quàm deberet secundum pręmiſſa ſtatuta percipere Eccleſiam defraudaſſe, nobis pro Eccleſia, seù Camera quod malè receptum fuerit per fraudatorem ſi poterimus reſtitui faciemus, vel tantum de portione, seù de benefitio defraudatoris retinebimus, quod Eccleſia reddetur indemnis, ſi nō poſſemus hoc facere, quia negaret forſitan defraudator, id ad notitiam Archipresbyteri, & Capituli deducemus; Veritatem quoque dicemus absq. falſitatis immiſtione, cuiusq; ſuper omnibus quæ ad noſtrum ſpectant offitium Archipresbytero, & Capitulo, vel vtrique ipſorum ſeparatim in omnibus, & ſuper omnibus officium noſtrum cōtingentibus ex quorum taciturnitate credemus poſſe pati ipſam Eccleſiam detrimentum. Finito autem noſtro offitio; & etiam quandocunque Archipresbytero, vel eius Vicario & Capitulo, seù Archipresbyteratu vacante placuerit omnia integrè reſignabimus, quæ apud nos, vel in Camera fuerint de bonis ad Beati Petri Baſilicam pertinentibus, vel alijs, qui ab eis ad hoc fuerint deputati, & Baſilicam ipſam reddemus indemnem de omni eo, in quo ex cuncta noſtra ſcientia, tàm à nobis quàm ab alijs ipſa Baſilica per noſtram malitiam, ſiuè fraudem damnificata fuiſſet. Fidelem quoque rationem, seù computum iuxta quod in prædictis ſtatutis ordinatum eſt de omnibus faciemus, Sic nos Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.
72 † Statuimus quod de cætero nullus Canonicus admittatur ad reſidentiam in eadem Eccleſia faciendam, niſi de verbo ad verbum in Capitulo eiuſdem Baſilicæ, ſub forma infraſcripta præſtiterint iuramentum exceptis exiſtentibus infra tempora pubertatis, qui ſtatim poſtquam ad illam deuenerint illud præſtent. quod ſi forſan præſtare

Digitized by Google

recuſauerint, nec habeantur pro reſidentibus, nec meram permittantur in ipſius Baſilicæ Capitulo, vel in Clauſtro, nulli quoque portio concedatur, aut detur, niſi prius ſub forma iurauerit infraſcripta. Proceſſu tamen temporis in forma iuramenti Canonicorum Camerariorum, & Beneficiatorum alia Capitula adici poterunt, & adiungi, prout ſecundum emergentes euentus, & caſus animarum ſaluti, ac præfatæ Baſilicæ vtilitati penſatis Romano Pontifici, vel de ipſius conſcientia Archipresbytero, & Capitulo videbitur expedire. Forma autem hæc eſt. † Ego talis Baſilicæ Principis Apoſtolorum Canonicus iuro, & promitto, quod fidelis ero Beato Petro, necnon & dictæ Baſilicæ ipſius Principis Apoſtolorum de Vrbe poſſeſſiones, iura, & bona tàm immobilia, quàm mobilia ad ipſam Baſilicam pertinentia, adiutor ero bona fide ad conſeruandum, cuſtodiendum, & defendendum ſaluo meo ordine, nec Baſilicam ipſam in prædictis rebus, & iuribus ſcienter damnificabo, ſeù pro poſſe meo damnificari permittam, de bonis ipſius Eccleſiæ, nihil ſiue magnum, ſiue paruum fuerit, ſcienter, malitiosè percipiam, ſeù recipiam vltra id, quod de bonis ipſis habere, & percipere mihi licet, & ſi forſan per ignorantiam, ſiue fraudem, vel alio quouis modo aliquid de bonis ipſius, vltra quod mihi licet reciperem, vel haberem, ſi poſtquam pro certo cognouero me aliquid illicitè recepiſſe, vel etiam habuiſſe reddam Baſilicam prædictam indemnem, & ad reſtituam infra menſem reatum periurij non incurram, Si ſciuero, vel cognouero aliquem in bonis mobilibus, vel immobilibus, vel ipſam Baſilicam defraudare, vel etiam defraudaſſe volentis conatus impediam, ſi potero bono modo. Et ſi eadem Eccleſia fuerit defraudata, illud quatenus abſq; meo periculo fieri poterit damni conſideratione penſata Archipresbytero, ſeù Capitulo, vel illis manifeſtabo perſonis, per quas indemnitati Eccleſiæ vtilius conſuli poſſe credam. Secretum Archipresbyteri, & Capituli, quod ſecretum eſſe cognouero ad damnum Eccleſiæ me ſciente nemi-

ni reuelabo, ſed & nulli pandam aliquod, quod ab eiſdem Archipresbytero, vel eius Vicario, & Capitulo, ſeù à ſolo Archipresbytero, vel à ſolo Capitulo dictis Archipresbytero, vel eius Vicario ab Eccleſia eadem abſentibus iniunctum mihi fuerit ſecretum ſeruandum ſub ſecreto Capituli, vel ſub fide præſtiti iuramenti, in hoc tamen Archipresbyterum non includo, quin ſibi reuelem, cum ei ſecreta Capituli minimè ſint celanda. Ipſius Archipresbyteri & Archipresbyteratus iuriſdictiones, & iura quantum in me fuerit ſcienter, nec imminuam, nec infringam ordinationes, & ſtatuta facta per Sanctiſſimum Patrem Dominum Nicolaum Papam Tertium, illa videlicet, in quibus inter cætera continentur, inſtitutio, ſiuè plantatio triginta Beneficiatorum Chori Baſilicæ Sancti Petri augumentum numeri Canonicorum, vſque ad triginta incluſiuè, & ordinatio Anniuerſarij, & trium miſſarum celebrandarum pro anima Summi Pontificis ſupradicti, prout in ipſius priuilegio, ſeù litteris ſua Bulla bullatis plenius continetur quoad numerum portionum, & valorem, ſeù quantitatem ipſorum numeri dictarum portionum, & Canonicorum augumentum inſtitutionem Beneficiatorum Chori Baſilicæ Sancti Petri, & ipſorum numerum, & quantitatem Beneficiatorum ſuorum, iuriſdictionē in Beneficiatos eoſdem caſus, in quibus ſunt bona Cam. applicāda & Canonicis, ſeù Beneficiatis nō danda, & immobilia bona emenda pro facultatibus Eccl. ampliādis quantū in me fuerit inuiolabiliter obſeruabo, & nullo vnquā tēpore veniā contra ea, & vt breuiter omnia compræhendā non ero in conſilio, aut in facto, quod ordinationes, ſeù ſtatuta prædicta, vel aliquid ex eis etiā quoad alia quæ continētur in eis à Capitulo eiuſdem Baſilicæ immutetur, vel ipſum Capitulum veniat contra ea, quin potius ſi opus fuerit pro poſſe meo opem, & ſtudium adhibebo, quod ab ipſo Capitulo ſeruentur, & minimè negligantur. Anniuerſaria in ipſa hactenus ſtatuta, vel in poſterum ſtatuenda, quoad dicendum miſſas, & cætera offitia pro defunctis, & diſtribu-

Digitized by Google

tionem denariorum faciendam in eis, quantum in me fuerit procurabo, quod à Capitulo iuxta quod fuerint ordinata fiant perpetuò, & nullatenus omittantur, & ſpecialiter, quod ordinatum eſt de tribus miſſis pro tres presbyteros Beneficiatos, & totidem miniſtros Beneficiatos, cum præcedentibus vigilijs diebus ſingulis celebrandis in Altari, quod ad honorẽ S. Nicolai idem Sanctiſs. Pater in eadẽ Baſilica conſtrui fecit, & erigi, & de ſingulis ſex denarijs prouentuũ prædictis ſingulis presbyteris celebrãtibus, & ſingulis tribus denarijs dictis tribus miniſtris diebus ſingulis de Cam. exhibendis, & de vna Miſſa cõuentuali, cũ præcedentibus vigilijs dicenda ſemel in anno, ſcilicet in die Anniuerſarij eiuſdem Summi Pont. poſt obitum ſuũ annis ſingulis à Canonicis, & Benefitiatis dictæ Baſilicæ, & decem libris prouentuũ tunc diſtribuendis inter Canonicos, & Beneficiatos eoſdẽ, necnon anniuerſarijs patris, & matris, & patrui & duorum fratrũ ſuorũ; & de denarijs diſtribuendis in eis, prout in Inſtrumẽto publico inde confecto plenius continetur. Nullum de cætero Canonicum ad reſidentiam in ipſa Eccleſia faciendã, ſeù ad portionem percipiẽdam admittam, niſi prius ſub hac eadem forma coram ipſo Capitulo de verbo ad verbum tactis Sacroſanctis Euangelijs huiuſmodi præſtiterint iuramentum, præterquam ſi aliquis infra annos pubertatis admitteretur ad reſidentiam faciendam. Sic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia. ✝ Forma quoque iuramenti, 73
quàm à Beneficiatis Chori Baſilicæ S. Petri tactis Sacroſanctis Euangelijs iuro, & promitto, quod fidelis ero Beato Petro, & Baſilicæ ipſius Principis Apoſtolorum de Vrbe, nec non & fidelis ero ſecundum ea, quæ continentur in ordinationibus factis per Sanctiſſimum Patrem Dominum Nicolaum Papam Tertium Archipresbytero, & Capituli Eccleſiæ ſupradictæ. In ijs ſcilicet, in quibus ipſi Archipresbytero, ſeù Capitulo tenentur iuxta ſeriem, & modum ordinationis ipſius poſſeſſionis, & iura bona tàm mobilia, quàm immobilia ad ipſam Baſilicam pertinentia adiutor ero bona fide ad

con-

conſeruandam, cuſtodiendum, & defendendum ſaluo meo ordine, nec Baſilicam ipſam in prædictis rebus, & iuribus ſcienter damnificabo, ſeù pro poſſe meo damnificari permittam. De bonis ipſius Eccleſiæ, nihil ſiue magnum fuerit, ſiuè paruum ſcienter malitioſè percipiam, ſeù recipiam vltra id, quod de bonis ipſius habere, ac recipere mihi licet, Et ſi forſan per ignorantiam, ſiuè fraudem, vel aliàs quocunque modo aliquid de bonis ipſius vltra id, quod mihi licet reciperem, vel haberem, ſi poſtquàm cognouero pro certo me aliquid illicitè recepiſſe, vel etiam habuiſſe reddam Baſilicam prædictam indemnem, & id reſtituam infra menſem reatum periurij non incurram. Si ſciuero, vel cognouero aliquem in bonis mobilibus, vel immobilibus velle ipſam Baſilicam defraudare, vel etiam defraudaſſe volentis conatus impediam ſi potero bono modo, Et ſi eadem Eccleſia fuerit defraudata, illud quatenus fieri poterit abſque meo periculo, damni conſideratione penſata Archipresbytero, ſeù Capitulo, vel illis manifeſtabo perſonis, per quas indemnitati Eccleſiæ vtilius conſuli poſſe credam ſecretum Archipresbyteri, & Capituli, quod ſecretum eſſe cognouero ad damnum Eccleſiæ me ſciente nemini reuelabo, ſed nulli pandam aliquid, quod ab eiſdem Archipresbytero, vel eius Vicario, & Capitulo; ſeù à ſolo Archipresbytero, vel à ſolo Capitulo dictis Archipresbytero, & eius Vicario ab eadem Eccleſia abſentibus iniunctum mihi fuerit ſecretum ſeruandum ſub ſecreto Capituli, vel ſub fide præſtiti iuramenti, In hoc tamen Archipresbyterum non includo, quin ſibi reuelem, cum ei ſecreta Capituli minimè ſint celanda, ipſius Archipresbyteri & Archipresbyteratus iuriſdictiones, & iura, quantum in me fuerit ſcienter, nec imminuam, nec infringam ordinationes, & ſtatuta omnia facta per Sanctiſſimum Patrem Dominum Nicolaum Papam Tertium illa videlicet, in quibus inter cætera continentur. Inſtitutio ſiuè plantatio triginta Beneficiatorum Chori Baſilicæ Sancti Petri augumentum numeri Canonicorum vſque

ad

ad triginta incluſiuè, & ordinatio Anniuerſarij, & trium Miſſarum celebrandarum pro anima Summi Pontificis ſupradicti, prout in ipſius priuilegio, ſeù litteris ſua Bulla bullatis plenius continetur. Quo ad taxationem Benefitij mei modum, & formam in dicta Baſilica reſidendi, & deſeruiendi in diuinis offitijs, & percipiendi diſtributiones, vel benefitium meum, necnon, & quoad poteſtatem, & auctoritatē Archipresbyteri, & Capituli ſimul, vel ſeparatim, & vbi diſtinguitur, & omnia, & ſingula, quæ ſtatum meum, & aliorum Beneficiatorum circa inſtitutionem, conſtitutionem, correptionem, reformationem ſtatus Beneficiatorum, ordinationem, vacationem Benefitiorū lapſu temporis, vel aliàs, & quæcunq; alia Benefitiatorum ſtatum contingentia ſunt inibi ordinata, & vt breuiter omnia compræhendam, non ero in conſilio, aut in facto, quod ordinationes, ſeù ſtatuta prædicta, vel aliquid ex eis à Capitulo, vel Beneficiatis aliquatenus immutentur, vel ipſum Capitulum, ſeù Beneficiati veniant contra ea, quin potiùs ſi opus fuerit opem, & ſtudiū quantum in me fuerit adhibebo, quod prædicta ſeruentur, & minimè negligantur. Anniuerſaria in Eccleſia hactenus ſtatuta, & in poſterum ſtatuenda, quoad dicendum Miſſas & cætera offitia pro defunctis, quantum in me fuerit ſtudiū ſi opus erit dabo,& operam, quod à Capitulo, & Beneficiatis ipſis fiant perpetuò,& nullatenus omittantur, iuxtà quod ordinatum eſt de tribus miſſis per tres Presbyteros Beneficiatos, & totidem miniſtros Beneficiatos cum præcedentibus vigilijs diebus ſingulis celebrandis in Altari, quod in honorem S. Nicolai idem Sanctiſſimus Pater in eadem Baſilica conſtrui fecit, & erigi, & de ſingulis ſex denarijs prouētuum prædictis ſingulis Presbyteris celebrantibus, & ſingulis tribus denarijs dictis tribus miniſtris diebus ſingulis de Camera exhibendis. Et de vna Miſſa conuentuali præcedentibus Vigilijs dicenda ſemel in anno, ſcilicet in die Anniuerſarij eiuſdem Summi Pontificis, poſt obitum ſuum annis ſingulis à Canonicis, & Beneficiatis dictæ Baſilicæ, &

de-

Digitized by Google

decem libris prouentuum tunc diſtribuendis inter Canonicos, & Beneficiatos eoſdem, necnon & Anniuerſarijs, Patris, Matris, Patrui, & duorum Fratrum ſuorum ſtudium quoque ſi opus erit, quantum in me fuerit dare curabo, & operam, quod nulli Benefitiato Chori Baſilicæ Sancti Petri benefitium aſſignetur, nec ad reſidentiam, ſeù Chorum, vel diſtributiones aliquatenus admittatur, niſi prius ſub hac eadem forma coram Capitulo præfatæ Baſilicæ de verbo ad verbum tactis Sacroſanctis Euangelijs præſtiterit iuramentum, ſic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia. Cum autem prædicti Benefitiati Chori Baſilicæ Sancti Petri non ſolum principaliter, ſed quasi penitus ad hoc tantum ex præſenti ordinatione ad prædictam Baſilicam aſſumantur, vt in diuinis offitijs tàm diurnis, quàm nocturnis pro viuis, & mortuis in eadem Ecclesia decantandis ipsi Basilicæ; & Choro eidem ſtudeant iugiter, & con-
74 tinuè, prout Deus dederit deſeruire. † Statuimus, & ordinamus perpetuis temporibus obſeruandum, quod nullus Benefitiatus percipiat, ſeù ius percipiendi habeat ſuum benefitium triginta librarum, ſeù aliquid de ipsis triginta libris, nisi residens in ipſa Basilica fuerit, & in horis Canonicis deſeruierit iuxta modum, & formam inferius adnotandum, exceptis casibus infraſcriptis. Beneficiatus autem in ipſa Ecclesia residens habeatur illo die, quo pernoctauerit infra Clauſtrum Canonicæ ſupradictæ, infra quod clauſtrum cuncti Benefitiati morentur in domibus pro ipſorum habitatione eis, prout ordinatum eſt, vel ordinabitur, aſſignandis. Hunc autem ordinem volumus obſeruari, quod si abſque licentia eius, qui ad hoc fuerit deputatus extra dictam Canonicam, ſeù Clauſtrum Beneficiatum ex quacunque cauſa contingeret pernoctare, nihil de diſtributionibus quotidianis, ſeù Benefitio ſuo percipiat, quouſque in ipſa Ecclesia residens in horis omnibus abſque perceptione aliqua deſeruiat tot diebus, quot abſque licentia pernoctauerit extra clauſtrum, vt sic non ſolum dierum, & noctium, quibus

reſidens in horis omnibus abſque perceptione aliqua de-
ſeruiat tot diebus, quot abſque licentia pernoctauerit ex
tra pernoctauerit, ſed etiam tot dierum, & noctium diſtri
butiones amittat, in quibus deſeruire nihilominus teneatur.
Illi tamen qui ex quacumq; cauſa abſque licẽtia pernocta-
tiones huiuſmodi frequẽtarent pœnæ grauiori ſubiaceant.
Prouiſo quod ſi hoc fieret ex cauſa inhoneſta, illicita, ſiue
turpi, ſic pernoctãtes, prout meruerint acerbiſſimè punian
tur. † Si qui Beneficiati etiam eſſent notabiliter negligẽtes, 75
aut etiam defectiui in deſeruiendo Eccleſiæ in horis Ca
nonicis, ſiue choro præter pœnas in hac ordinatione con
tentas, durè, prout expedire videbitur, puniantur, & etiã 76
caſtigentur. † De prædictis autem triginta libris, viginti
libræ prouentuum, vel circiter in horis diſtribuantur hoc
modo. Vnuſquiſque Beneficiatus diebus ſingulis tam
ferialibus, quàm feſtiuis in Miſſis, & in horis certo ingre-
diens tempore, & perſiſtens ſicut ſupra de Canonicis ſe-
rioſius eſt expreſſum percipiat infraſcripta. Percipiat ita-
que in matutinis duos denarios. In Prima vnum, In Miſ-
ſa tres. In Tertia vnum, In Sexta vnum, In Nona vnum.
In Veſperis duos. In Completorio vnum. In Quadrage-
ſima verò vnus denarius adimatur à Veſperis, & Comple-
torio adiungatur. Ita quod vnum denarium in Veſperis
& duos in Completorio recipiat vnuſquiſque. † In om- 77
nibns autem horis ſupradictis Feſtiuitatibus, & diebus, in
quibus diſtributionibus Canonicorum eſt aditio facienda
Beneficiatorum diſtributionibus fiat additio, ſed in diſpari
quantitate. In quinque ſiquidem horis Feſti Apoſtolo-
rum Petri, & Pauli, in quibus vniuſcuiuſque Canonici di
ſtributio decem denariorum fieri additio debet. Benefi
ciato cuilibet in eiſdem horis ſex denarij adiungantur. In
alijs verò ſeptem feſtiuitatibus, in quarum quatuor horis
ſingulis Canonicis ſeptem, & in Miſſa trium denariorum
eſt additio facienda quatuor denarij in horis ipſis ſingulis
Beneficiatis addantur. In illis verò feſtiuitatibus, & die

 bus

Digitized by Google

bus in quibus in duabus horis cuilibet Canonico duo denarij adiunguntur in eiſdem duabus horis cuilibet Beneficiato vnus denarius adiungatur. Et quia inter feſtiuitates, & dies prædictos dies aliqui computantur in quibus Vigiliæ non præcedunt in ipſis diebus in Miſſis duo denarij dentur. In ſingulisquoque Vigilijs B. Virginis, quæ cãtantur diebus Veneris ſi feſtum nouem lectionum non occurrat à Dominica prima poſt Pentecoſtem vſque ad Dominicam de Aduentu, & ab Octauis Epiphaniæ vſque ad Dominicam de Paſſione ſingulis Beneficiatis præſentibus, vel qui pro præſentibus ſunt habendi de Camera præter-
78 alia denarius vnus detur. † Caſus autem in quibus Beneficiati pro reſidentibus, & in horis Canonicis deſeruientibus, etiamſi non deſeruiant ſunt habendi, ſunt infirmitas, debilitas, inde centia propter ligaturas, & huiuſmodi ſumptio medicinæ, & minutio ſanguinis, balnea, & ſicut
79 de Canonicis eſt prædictum. † Beneficiati quoque morantes extra Clauſtrum dictæ Canonicæ pro prædictis caſibus cum licentia Archipresbyteri, vel eius Vicarij integrè percipiant diſtributiones horarum, necnon, & quando de mandato Archipresbyteri, vel eius Vicarij pro ſeruitijs Eccleſiæ ipſos abeſſe contingeret ab Eccleſia, vel ab horis, & tunc cum expenſis poterit temperamentum, & moderamen haberi ſicut de Canonicis eſt præmiſſum.
80 † Ne autem Beneficiatorum miniſterijs, ſeu ſeruitijs chorum ipſius Baſilicæ, vel ipſam Baſilicam diutius contigeret defraudari ſtatuimus inuiolabiliter obſeruandum, vt quicumque Beneficiatus receperit aliquod Eccleſiaſticum beneficium, ſiue curam animarum habeat, ſiue non, in quo de iure eum oporteret, vel de facto etiam perſonaliter reſidere, & eum à tali reſidentia conſuetudo iuſtè, & rationabiliter nullatenus excuſaret eo ipſo, abſque monitione, ſententia, iudicio, vel proceſſu in ipſa Baſilica beneficium ſuum vacet alijs liberè conferendum. Beneficiatorum quoque beneficia, ſi qua talia forſan haberet eo tem-

pore

porē, quo in Beneficiatos eiuſdē Baſilicæ admittuntur pro renunciatis habeantur ab eis, & vacent,& intelligantur ipſo iure vacare per illos ad quos illorum collatio pertinet liberè ordinanda, illa tamen beneficia eos, & retinere, & recipere minimè prohibemus, quæ ipſius Baſilicæ reſidentiam, ſeu Chori ſeruitium nullatenus impediunt. † Si qui 81
autem de Beneficiatis prædictis ab ipſa Baſilica continuè abſentauerit ſe per annum ab Archipresbytero, vel eius Vicario licentia non obtenta, eodem anno elapſo ipſo iure & eo ipſo abſque monitione, ſententia, iudicio, vel proceſſu in eadem Eccleſia beneficium ſuum vacet, & pro priuato habeatur ab eo, & alij conferatur, Contra eum tamen procedi poſſit, nihilominus infra annum ad amotionem perpetuam, vel ſuſpenſionem ad tempus, prout vtilitas Eccleſiæ ſuggeret, & iuſtitia ſuadebit. † Ne autem diutius 82
ipſa Baſilica vacet Archipresbyteri regimine, quo multum digno ſcitur indigere. Statuimus, vt infra tres menſes à die vacationis ipſius Capitulum Romano Pontifici ſupplicet reuerenter, vt ſecundum prouidentiam, & beneplacitum Apoſtolicæ Sanctitatis aliquem de Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus in Archipresbyterum dignetur concedere Baſilicę ſupradictæ. † Iuxta numerum Ca- 83
nonicorum in eadem Eccleſia reſidentium, eſt per Archipresbyterum, vel eius Vicarium, & Capitulum ſollicitè prouidendum qui, & quot Canonici ad Sacerdotium, & Diaconium, & Subdiaconium, fuerint promouendi, ne apparere poſſit in ea defectus notabilis miniſtrorum. Illi ergò, quibus iniunctum fuerit, vt ad Ordines ſuperiores aſcendant, obediant reuerenter, & ſi pertinaciter recuſarint, prout rationabile fuerit, puniantur. † Statuimus, 84
quòd omnes ſupradicti triginta Beneficiati ſint in ſacris Ordinibus conſtituti, ſex dumtaxat exceptis, qui poterunt in minoribus Ordinibus deſeruire, de dictis autem triginta, duodecim in Sacerdotes, ſex in Diaconos, & ſex in Subdiaconos ordinentur, & ad prædictorum ſuſceptionē

Ordinum ſi oportuerit; compellantur, vel in ipſis iam
85 conſtituti Ordinibus aſſumantur. † Quoniam compoſitus
habitus & honeſtus, ſtatum ſatis Ordinis Clericalis exor-
nat, ſtatuimus, quòd omnes Baſilicæ ſupradictæ Canoni-
ci in Eccleſia,& in Choro, quando diuina officia celebran-
tur,ac etiam alijs horis præſertim in publico,cū eſt ibi ad-
uenientium multitudo habitū habeant vniformē à Vigilia
ſcilicet Omnium Sanctorum,vſque ad Sabbatum Sanctum
Superpelliceas lineas deferant cappas nigras de ſagia ſim-
plices, vel ſi voluerint foderatas à cingulo, vel circa ex
parte anteriori fixas inferius, & apertas. Deinde verò vſ-
que ad Feſtum Omnium Sāctorum lineis thogis ſuperpel-
liceis, ſiue cottis abſque cappis vtantur,quod hactenus,vt
accepimus fieri cōſueuit, ſiue autē pauci eſſent,ſiue multi
nunquā appareant in eadem, quin ſaltem ſuccas habeāt,&
ſuper eas clamides ante pectus, vel poſt collum annexas,
licèt gratius nobis eſſet, quod ſemper in Eccleſia in eo,
86 quem geſtant in Choro habitu apparerent. † Beneficiati
autem nullo tempore appareant in Eccleſia præterquam
in habitu chori,qnem omnes ſimilem cum Canonicis om-
ni tempore habeant (ſuccis, & capparum apertura exce-
ptis) ipſi namque ſuper clauſa veſtimenta clauſas cappas
habeant, non apertas modica dumtaxat in fine cappæ, &
ante pectus apertura dimiſſa, per quam brachium poſſit
87 extrahi iuxta morem. † Ad omnes horas canonicas cam-
panæ pulſentur plures,vel vna, ſicut hora ex more requi-
rit,ſolemnius tamen,& prolixius in diebus ſolemnibus,&
feſtiuis, & in ſolemnibus Anniuerſariis ad deuotionem po-
puli excitandam. Ad Matutinas ſic tempeſtiuè pulſentur,
quòd diſtinctè, ac intelligenter, quæ legenda fuerint legi
88 poſſint, & quæ cantanda cantari. † Miſſæ quoque, & om-
nia diuina Officia tàm pro viuis, quàm defunctis in ipſa
decantanda Eccleſia, vel legenda non dicantur per ſinco-
pam, vel tranſcurſum, ſed à Canonicis, & Bæneficiatis,
quantum eis Dominus dederit ſtudioſè celebrentur pari-

ter, & deuotè Miſſæ omnes Conuentuales feſtiuæ, feriales, & etiam pro defunctis, omneſque horæ canonicæ, Anniuerſaria cum cantu peragantur, & nota in Paraſceuem tamen fiat, quod coſueuit fieri. † In omnibus Miſſis con- 89
uentualibus Diaconus, & Subdiaconus ſacris induti veſtibus, prout vtriuſque ordo requirit miniſtrent, Presbytero celebranti, omnia quoque fiant ſolemniter plus, vel minus iuxta quod exigunt feſti celebritas, diei, ac temporis qualitas ſolemnis Anniuerſarii conditio ex beneficii perceptione maioris. † Silentium à Canonicis, & Beneficiatis 90
ſic in choro obſeruetur, cum diuina Officia celebrantur, quod nec ſtrepitus, ſiue vociferatio ibi fiat, nec per verba inutilia mens à deuotione offitii retrahatur. † Si quis ta- 91
men de jis, quæ ad officium, vel miniſterium pertinent, ſeù alijs vtilibus ſocio loqui vellet, breuiter, & ſilenter hoc faciat, vt impediri, ſeu turbari propterea diuinum Officiũ non contingat, ad incenſandum Altare cum ex more hoc fuerit faciendum, non in cappa linea; ſed ſerica, quæ pluuiale dicitur Sacerdos accedat. † Ordinamus quòd iuxta 92
ſtatutum felicis recordationis Gregorij Papæ Noni de cætero, quòd ad iam receptos à tempore prædictæ ordinationis, quam fecit cum in eadem Baſilica Archipresbyteratus offitio fungebatur, & perpetuò obſeruetur, vt Presbyterii primum locum; Diaconi ſecundum, Subdiaconi tertium obtineant tàm in Capitulo, quàm in Choro, ſi etiam poſterius admittantur, & hoc idem inter Beneficiatos volumus obſeruari iuxta modum, & formam, prout ſupra dictum eſt, Canonici omnes in Choro ſint Beneficiatis ombus prȩferendi, nec inter hos, & illos ſit interſcalaris facienda mixtura. † Et ne contentorum in ordinatione præſenti 93
quicquam obliuio deleat, ſtatuimus, & ordinamus, quòd anno quolibet ordinationes, & ſtatuta præſentia Canonicis, & Beneficiatis omnibus eiuſdem Baſilicæ Capitulo propter hoc inſimul congregandis per aliquem ex Canonicis duabus vicibus perlegantur. Ad lectionem autem

huiuſ-

huiuſmodi tàm Canonici; quàm Beneficiati ſollicitè ſtu-
deant conuenire, quæ fiat in hebdomada poſt primam
Dominicam Quadrageſimę, & in hebdomada ſequenti,
primam Dominicam de Aduentu diebus, qui ad hoc ma-
gis accommodati videbuntur. Exponatur etiam ſi opor-
tuerit propter non intelligentes aliquos huiuſmodi lectio
in vulgari. Singulis verò Canonicis conuenientibus, &
vſque in fine perſiſtentibus lectionis à Camerarijs de Ca-
mera duodecim dētur denarij, & Benefiiatorum vnuſquiſ-
que ſex denarios percipiat ab eiſdem. Puniantur autem
hoc modo, qui ad huiuſmodi non conuenerint lectionem,
Canonico ſcilicet quatuor ſolidi; & Beneficiato duo ſolidi
de proximis eis dandis portionibus, ſeù diſtributionibus
94 adimantur. † Statuimus, quod in ſingulis ſeptimanis tres
ex Canonicis in ſacris Ordinibus conſtitutis, & in eiſdem
ordinibus totidem ex Beneficiatis adminiſtrandum in
Miſſis conuentualibus aſſumantur Canonici ſiquidem ad
miniſtrandum Altari Maiori, cum Cardinalem in ipſo con-
tigerit celebrare, nec Beneficiatus aliquis ad ipſius Altaris
miniſterium admittatur. Ipſi etiam Hebdomadarij Cano-
nici miniſtrent in Miſſis conuentualibus diebus Domini-
cis, & feſtiuis ſolemnibus, quæ occurrent, in ipſis præſer-
tim in quibus iuxta præſentem ordinationem, eſt certa
quotidianis diſtributionibus additio facienda. Et in ſo-
lemnibus Anniuerſarijs, quæ ratione maioris perceptionis
& quæ pro viuis, & mortuis occurrerint decantandæ poſ
ſint etiam in ipſis Canonici miniſtrare, & Beneficiatus cū
hoc Hebdomadario placeret Canonico, in eo Canonico
ſui Ordinis cedere teneatur. Quod ſi plures conuentua-
les Miſſæ duabus interdum occurrerint celebrandæ iuxta
prædictam diſtinctionem feſtiuitatum, & dictarū de Cano-
nicis, & Beneficiatis prouideatur attentè, vt nullus ſit de-
fectus in eadem Baſilica Miniſtrorum. Si verò Canonicus
infirmitate, ſeu debilitate excuſabili non detentus in ſepti-
mana ſua prædictis diebus in ordine ſuo deſeruiret Altari

in illa hora efficaciter procuraret pro ſe Canonicum alium deſeruire, ſi Miſſæ illi eum non miniſtrantem intereſſe contingeret, nihilominùs diſtributionem illius Miſſæ amittat. Si verò abeſſet à Miſſa, & illam amittat, & tantundem ſibi de ſuis prouentibus adimatur Cameræ applicandum, hoc idem de Beneficiatis per omnia mandamus, & volumus obſeruari. Quantumcumque tamen huiuſmodi pœnæ procedant, Baſilica non eſt debito miniſterio defraudanda, vnde prædictis deficientibus ſequentes Hebdomadarij ipſorum teneantur ſupplere defectum, non tamen deficientes à dictis pœnis; proptcrea excuſentur. De Anniuerſarijs autem præteritis, ſeù ſtatutis hactenus, & de cætero in dicta Baſilica ſtatuendis ſic duximus ordinandum, vt denarij, qui diſtribuendi fuerint in ipſo Anniuuerſario inter Canonicos, & Beneficiatos, vt infra proximo dicetur, diuidantur. † Tot enim fiant partes ex ipſis, quot Canonici, 95
& Benificiatorum binarij fuerint in Anniuerſario ipſo præſentes, & vnicuique Canonico in Anniuerſario præſenti vna de dictis partibus, & ſimiliter vnicuique Beneficiato præſenti medietas vnius partis tantummodo aſſignetur, vt Canonicus partem duplo habeat Beneficiato maiorem, & ſit totalis pecunia Anniuerſario deputata inter Canonicos, & Beneficiatos præſentes in Choro, & qui pro præſentibus in Choro iuxta huius ordinationis ſeriem ſunt habendi, cæteris diuidatur. Hoc idem fiat per omnia de denarijs qui die aliquo ex deuotione fidelium ad ipſam Baſilicam mitterentur pro decantandis ſemel, vel diebus aliquibus vigilijs, vel officijs pro defunctis, ſeu pro ſpeciali reuerentia aliis diuinis Officiis quibuſcumque. Si qui autem denarii Beneficiatis darentur quaſi in communi, vt ſiue pro viuis, ſiue pro defunctis de aliquo vno, vel pluribus Diuinum officium facerent, hoc vel illud illos recipere poterunt. Camerarii aſſignandos, & inter ipſos, & Canonicos diuidendo, ſicut ſupra proximo eſt expreſſum.
† Et ea, quæ Beneficiatos recipere contigerit de præmiſſis 96
in di

in dictis triginta libris, quas pro ſuis debent percipere be-
neficijs, nullatenus non computentur; & etiam viginti
ſeptem denarij, quod quotidie debent percipere ſex Bene-
ficiati, tres ſcilicet Presbyteri, & tres Miniſtri vnuſquiſ-
que ſcilicet Presbyter ſex denarios, & Miniſter ſuus tres:
ad hoc aſſumpti Hebdomadarij ſingulis ſeptimanis ad ce-
lebrandum quotidiè tres Miſſas, & alias in vita noſtra, &
etiam totidem Miſſas, & officium Defunctorum pro animę
noſtræ remedio, poſtquam de hac luce contigerit migrare
ſecundum quod per Archipresbyterum, & Capitulum
eſt ſeorſius ordinatum, & hoc in ſimilibus, ſi ſimilis occur-
reret ordinatio, de cętero obſeruetur. Non computentur
etiam denarij, quos Canonicorum aliquis eis daret pro
aliquibus Vigilijs, vel Miſſis alicuius Sancti ex ſpeciali
deuotione cantandis. Et quicquid ſpecialiter alicui Be-
neficiato daretur in eleemoſynam, vt pro viuis, vel defun-
ctis Miſſarum, ſeu diuinorum Officiorum, vel orationum
ſuffragia iniungantur, quod & generaliter intelligatur de
omnibus, quæ darentur, & cenſerentur perſonaliter obue-
97 nire, ſicut de Canonicis eſt prædictum. † Præterea cum
ad honorem B. Nicolai quoddam Altare in eadem Baſili-
ca conſtrui, & erigi fecerimus, quod Diuina nobis aſſi-
ſtente clementia diſponimus proprijs manibus conſecran-
dum ad eiuſdem Altaris, ac Miniſtrorum eius duas Ru-
beas, duas Paonatij Violacei, duas Albi colorum planetas,
& alios pannos ſericos, ac quinque camiſos, duos Calices,
Crucem, duo Candelabra, Thuribulum, Nauiculam,
Cocleare, duas Phiolas, & duo Bacilia argentea, libros, &
nonnulla alia ad prædictum Altare duxerimus aſſignanda,
& ornatum ipſum velimus in decenti ſtatu ſeruari. Sta-
tuimus, & ordinamus, quod ſi prædicta, vel eorum aliquid
vetuſtate annhilari, vel conſumi, aut alias deficere, vel
perire contigerit, de ipſius Baſilicæ Camera taliter ſup-
pleantur, & etiam reſtaurentur, quod ornatns ipſe in de-
98 centi vigore decenter conſeruetur. Cæterum Ordinatio-

nes,

Digitized by Google

nes, Statuta, & alia ſupradicta per nos de communi conſenſu, & vnanimi voluntate Archipresbyteri, & Capituli prædictorum ad decorem Domus Dei,& dilatationem cultus diuini maiorem facta clarè, diſtinctè,ac cum omni maturitate, cum multo labore diſcuſſa vniuerſaliter,& ſingulariter in perpetuum volumus obſeruari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, Statutis, Sententijs, Excommunicationis,vel alijs Conſtitutionibus quibuſcumque obſeruantijs vel priuilegijs contrarijs, ſeu quibuſcumque alijs factis in ipſa Baſilica, vel ſeruatis, quæ huiuſmodi noſtris Ordinationibus, & Statutis poſſent obſiſtere, vel ea quomodolibet impedire ſtatutis ſalubrius hactenus editis in eadem Baſilica, & rationabilibus,& approbatis ipſius conſuetudinibus ſuo robore duraturis in ijs dumtaxat caſibus,articulis, vel capitulis, & non alijs, de quibus non facit præſens Ordinatio mentionem, vel ad quæ præſens huiuſmodi ſtatutum non ſe extendit. † In illos qui præſens priuilegium 99
ad eius memoriam extinguendam, qui ne plantationem beneficiorum ſic prouidè non ſine multis laboribus, & expenſarum oneribus inſtitutam, & qui Anniuerſarium noſtrum, ac Miſſas, vt præmittitur celebrandas abolere extinguere delere, ſeu tollere


interuenerint ex nunc excommunicationis ſententiã proferentes. Et ſi poſtquam prædictus tricenarius Canonicorum numerus erit iuxta ordinationem præſcriptam completus iuxta numerum perſonarum, vel augumentum redditüum aliquid ordinari, vel forſan mutari contigerit,nihilominus præſens Ordinatio in abolitionem, & obliuionem nullo vnquam tempore veniat propter nonnulla, quæ in ipſa ſalubriter inſtituta in poſterum obſeruanda,& ſpecialiter, vt in perpetuum ſciri poſſit, quam ſtabilita,& firmiter radicata ſit in Baſilica memorata Canonicorum, & Beneficiatorum nouella plantatio, ac Miſſarum,& Anniuerſarij huiuſmodi Ordinatio in ea perpetuis temporibus duratura. Ad hæc autem, vt prædicitur nos conceptus deuo-

Digitized by Google

tionis allexit, & induxit affectus, nec menti noſtræ quietem indulſimus, quouſque horum finem ſic proſperum ſortiretur, ex quo ſicut ſperamus, & credimus æterno Patri gloria in Excelſis adueniet. Extolletur Apoſtolorum Principis Principatus, & ipſa Baſilica venerationibus ampliandа fœcundis, aliàs vt magiſtra ſalubriter diriget per exempla, & claritatum radijs illuſtrabit, & ad illam cætus gentium per vniuerſa Mundi Climata maiori deuotione conſurget, & augebitur deuotio Populi Chriſtiani, vel expiari.
100 † Quare ſucceſſores ipſius Apoſtolorum Principis, cuius in hac parte res agitur, atque noſtros Romanos Pōtifices, quorum cum noſtris ſperamus in ijs vota ſtudioſius deprecamur, exhortamur attētius, & deprecamur in Chriſto, quatenus præſens priuilegium cum Statutis, Ordinationibus, & alijs ſupradictis iubeant, & faciant inuiolabiliter obſeruari, vt à Deo premium conſequi mereantur æternum, & nos in pio noſtro deſiderio non fallamus. Decernimus igitur, vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum Conſtitutionum, ordinationum, ſeu prouiſionū infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Ego Nicolaus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcop.





Ego

✝ Ego Odonius Tuſculanus Epiſcopus.
✝ Ego Frater Bentiuenga Albanenſis Epiſcopus.
✝ Ego Frater Robertus Portuen. & S.Ruffinæ Epiſcopus.
✝ Ego Antherius tituli S. Praxedis Presbyter Card.
✝ Ego Guilielmus tituli S. Marci Presbyter Card.
✝
✝ Ego Iacobus S. Mariæ in Coſmedin Diaconus Card.
✝ Ego Gottofredus S. Georgij ad Velum aureum Diac. Cardinalis.
✝ Ego Matthæus S.Mariæ in Porticu Diaconus Card.
✝ Ego Iordanus S. Euſtachij Diaconus Card.
✝ Ego Iacobus S. Mariæ in Via lata Diaconus Card.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum per manum Magiſtri Petri de Mediolano S. R. E. Vicecancellarij tertia Nonas Februarij, Indictione ſeptima Incarnationis Dominicæ, Anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octauo, Pontificatus verò Domini Nicolai Papæ Tertij, Anno ſecundo.

Locus ✠ Plumbi.

Die quinta Septembris 1608. Bulla ſupradicta Nicolai Papæ Tertij, citato D. Titio Liuio de Rubeis Procuratore Reuerendi Capituli, & Canonicorum, ac eidem intimata hora, fuit extracta ex Archiuio dictæ Baſilicæ, præſentibus D. Iacobo Grimaldo Archiuiſta minore, & Nicolao Spadaccio Manſionario.

Io. Dominicus Belgius Rotæ, & hiuſmodi cauſæ Not.

Bulla Bonifacij VIII. Pont. Max.

SVMMARIVM.

1 *Bonifacius VIII. propter Deum, & reuerentiam Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliorumq́. Sanctorum, quorum Reliquia in Baſilica requieſcunt, vt Diuinus cultus in ea augumentaretur, ex pecunia Cameræ Apoſtolicæ in bonis ſtabilibus conuerſa fructus illius auxit, & aliam magnam ſummam ad eundem finem collocandam ſeruari mandauit, vt ſeruitores in illa multiplicari poſſet.*

2 *Idem Pontifex iuxta mentem Nicolai III. vt Canonici ſint triginta præter portiones Archipresbyteri, Cameræ, & Metæ viginti duobus Canonicis, alios octo adiunxit.*

3 *Iſtorum octo Canonicorum, quòd duo in Presbyteratus, duo in Diaconatus, & duo in Subdiaconatus ordinibus ſint conſtituti, & illis ceden. vel deceden. infra ſex menſes alij ſubrogentur.*

4 *Canonici octo prædicti per octo Menſium ſpacium continuè, vel interpellatè reſideant, nec alio tempore ſint abſentes, niſi de Archipresbyteri licentia, & non reſidendo priuari poſſint, alijsq́. Canonicis ſint pares.*

5 *Tres Beneficiatos alijs triginta à Nicolao III. inſtitutis adiunxit, & illis voluit eſſe pares cum oneribus Sacerdotij, & aliorum.*

6 *Clerici viginti inſtituuntur cum onere Nocturnis, & Diurnis Horis intereſſendi, & cuilibet aſſignantur duodecim denarij bonæ monetæ pro quotidiana diſtributione pro rata in ſingulis horis Canonicis illis diuiden. qui etam in Anniuerſarijs, & Vigilijs Mortuorum recipiant medietatem eius, quod recipien. in dictis Anniuerſarijs, & Vigilijs ſinguli Beneficiati.*

7 *Clerici Chori prædicti decem in Sacerdotij, quinque in Diaconatus,*

vatus, & quinque in Subdiaconatus Ordinibus ſaltim infra annum promoueantur. Cappa nigra, & ſuperpellicei cõgruis temporibus more Beneficiatarum vtantur, & vt Beneficiati habeant ſtallum in Choro.

Octo Canonicorum correctio, viſitatio, reformatio, & punitio 8
ad illos pertineat, ad quos aliorum Canonicorum ſpectare dignoſcitur.

Trium beneficiatorum, ac viginti Clericorum viſitatio, corre- 9
ctio, reformatio, & punitio ad Archipresbyterum ſolum ſpectet, Inſtitutiones, & deſtitutiones ad Archipresbyterum, & Capitulum pertineant.

Clericis ſingulis annuatim in Feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli 10
quinque floreni aſſignentur ſicut ſingulis Beneficiatis in eodem Feſto dantur decem libræ prouenientium, quibus etiã indulgeatur idem tempus abſentiæ Beneficiatis indultum, & eiſdem Clericis nonnulla onera iniungit.

BONIFACIVS
EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei
AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

ANte aſſumptionem noſtram ad ſummi Apoſtolorum offitium, & poſtquam ad illud clementia Diuina nos prouexit honorabilem Baſilicam Principis Apoſtolorum de Vrbe ſpeciali beneuolentia,& affectu ſincero fuimus pro ſequuti, labores pro ipſa ſubiuimus, & ſuſti-
1 nuimus charitate non ficta, † Et ſi nō quatenus voluimus eandem Baſilicam propter Deum, & reuerentiam Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & aliorũ Sanctorum Multiplicium quorum Reliquiæ in ipſa Baſilica
2 requieſcunt gradibus beneficijs, & donis largifluis honorare præſertim, vt Diuinus cultus augumentaretur in ea ad Animæ noſtræ ſalutem, & augendum ad eam deuotionem Populi Chriſtiani. Cum itaque noſtri Papatus tempore de pecunia Cameræ noſtræ, & ad ipſam Baſilicam pertinente in iuribus, rebus, & bonis ſtabilibus prouentibus fructibus, & redditibus ipſa Baſilica multiplicetur adaucta noſcatur, & alias etiam eodem tempore, & ante illud aliunde in tan-

tum

tum iam excreuerint facultates Baſilicæ memoratæ, & adhuc ſint in excreſcendo de magna pecuniæ noſtræ ſummã quæ habetur, & de noſtro mandato ſeruatur collocanda, & ponenda in emptione aliorum bonorum, iurium, prouentuũ pro dicta Baſilica, & ad vtilitatem ipſius, quod multiplicari
poſſunt ſeruitores in ea. † Nos fel. record. Nicolai Papæ 2
III. Prædeceſſoris noſtri deſiderium adimplere volentes ſuper ampliando Canonicorum portiones, ſeù præbendas habentium numero in Baſilica memorata prouida deliberatione decernimus, ordinamus, atque ſtatuimus Apoſtolicã auctoritate, & de Apoſtolicę plenitudine poteſtatis, quod præter Archipresbyterum ſint in ea triginta Canonici portiones, ſeu præbendas habentes, et ſemper tot inſtituãtur; et habeantur. ibidem, ac triginta ſimiliter portiones præter illas Cameræ, & Metæ Priorem ipſorum Canonicorum, & portionum numerum qui erant viginti duorum tantum au-
gente de octo. † Quorum quidem octo Canonicorum, et 3
ſucceſſorum eorum proceſſionem, vel obitum quorum aſſumi volumus in Sacerdotis duos in Diaconatus, et duos in in Subdiaconatus Ordinibus conſtitutos, vel ſaltem infrã annum Promouendos ad illos, qui cedentibus, vel decedentibus infra ſex menſium ſpatium alij ſubrogentur;
† Et iſti octo Canonici teneantur in *anno* ſaltẽ per octo mẽ- 4
ſium ſpatium continuè, vel interpollate in ipſa Baſilica reſidere; ſed nec alio etiam tempore ſint abſentes ab ea abſq; Archipresbyteri dictæ Baſilicæ licentia ſpeciali. In alijs autem omnibus ſint alijs Canonicis eiuſdem Baſilicæ portiones, ſeù præbendas habentibus pares; poſſint etiam puniri,
et priuari ſi non reſideant, vt eſt dictum. † Quodque in 5
Baſilica memorata ſupra triginta Beneficiatorum numerũ, quæ Prædeceſſor inibi ſtatuit, quoque Beneficiatos Chori eius voluit nominari trium Beneficiatorum numerus augeatur quos tres ſpecialiter deputamus, et deputari volumus ad certa Miniſteria, et Diuina officia exercenda in Altari, et circa Altare Capellæ S.Bonifatij quam in naui dictæ Baſilicæ

Digitized by Google

cæ ereximus, et fecimus conſecrari circa illud nouo con-
ſtructo ſepulchro in quo elegimus ſepeliri cum Dominus
per ſuam miſericordiam ad ſe nos duxerit euocandos. Quo-
rum quilibet trium Beneficiatorum in omnibus diſtributio-
nibus Anniuerſarijs, ac illis quæ vocantur excepta, et alijs
ſimilibus prouentibus alijs Beneficiatis Chori dictæ Baſilicæ
volumus eſſe pares, et habere etiam amplius, prout per Ar-
chipresbyterum, et Capitulum eiuſdem Baſilicæ ordinabitur,
vel etiam ordinatum exiſtit quorum quilibet aſſumetur in
Sacerdotio conſtitutus, vel ſaltem infra Annum ad Sacer-
dotium promouendus ad quod ſi promotus non fuerit infra
tempus prædictũ beneficio ſuo huiuſmodi, et omni eius cõ-
6 modo ſit ipſo iure priuatus. † Ad hæc volentes amplius in
dicta Baſilica ſeruitorum numerum ampliare auctoritate prę-
miſſa, et de eadem plenitudine ordinamus, atque ſtatuimus,
vt in ea ſeruitorum, et Miniſtrorũ noua fiat præſentatio per-
petuis temporibus obſeruandum vſque ad numerum viginti
Clericorum quos vocari volumus Clericos Chori eiuſdem
Baſilicæ, vt Nocturnis, et Diurnis Horis interſint quorum
quilibet diebus ſingulis quibus intererit diurnis, et noctur-
nis Horis mandamus duodecim denarios bonæ monetæ de
de pecunia Cameræ dictæ Baſilicæ, vt infraſcribitur aſſigna-
ri, itaut ſingulis Clericis dicti Chori, qui intererint Matuti-
nis tres qui Primæ vnus qui Tertiæ vnus, qui Miſſæ duo qui
Sextæ vnus, qui Nonæ vnus, qui Veſperis vnus, qui Com-
pletorio vnus, et qui Antiphonæ, Salue Regina vnus denarij
monetæ ſingulis aſſignetur, quodque de futuris Anniuerſa-
rijs, et Vigilijs mortuorum celebrandis ſinguli præfati Cle-
rici ſint participes. itaq. ſinguli ipſorum recipiant medieta-
tem eius quod recipient in dictis Anniuerſarijs, et Vigilijs
7 futuris ſinguli Beneficiati Chori prædicti. † Ipſorum autem
Clericorum decem aſſumantur in Sacerdotij quinq. in Dia-
conatus, et alij quinq. in Subdiaconatus ordinibus conſti-
tuiti, vel ſaltem infra Annum ad ipſos Ordines promouendi.
Hi autem Clerici Chori cappa nigra, et ſuprapellicij cõgruis
tem-

temporibus moreBeneficiatorū vtantur,et vt Beneficiati ha-
beant Stallum in Choro denique memoratis octo Canoni-
cis ſicut Canonicis, et tribus Beneficiatis alijs, et prædictis
viginti Beneficiatis Chori ſiue Clericis, prout facultas ade-
rit volumus de Domibus, ſeu Hoſpitijs prouideri. † Sanè 8
prædictornm octo Canonicorum, correctiones, viſitationes,
reformationes, et punitiones ſpiritualiter, et temporaliter
ad eos pertineant ad quos aliorum Canonicorum ipſius Ba-
ſilicæ pertinere noſcuntur, † trium autem Beneficiatorum 9
adiunctorum, et viginti Clericorum Chori nouæ plantatio-
nis prædictæ correctionis, viſitationis, reformationis, et pu-
nitionis ad Archipresbyterum ſolum pertinere volumus.
Inſtitutiones verò, et deſtitutiones ad Archipresbyterum,
et Capitulum Baſilicæ ſupradictæ † Statuimus inſuper, vt 10
ſingulis Clericis ſupradictis infra Octauas Petri, et Pauli
aſſignentur annuatim quinque floreni ſicut in dicto feſto aſ-
ſignandæ ſunt Beneficiatis decem libræ prouenī Senatus bo-
næ monetæ, et vt eiſdem Clericis tantum tempus indul-
geatur abſentiæ quantum indultum eſt Beneficiatis eiſdem.
Reſeruantes nobis ſpecialiter quorum miniſteriorum, et
Diuinorum onus prædicti viginti Clericis Chori ſpeciali-
bus per nos, vel per alios imponamus, quod quidem onus
ijdem Clerici aſſumant humiliter, et iuramentum ſuper eo
præſtabunt ſuæ receptionis tempore, prout Apoſtolica Se-
des per ſe, vel per alium, ſeu alios duxerit ordinandum
præmiſſa fieri volumus, et ſeruari. Non obſtantibus qui-
buſcunque Priuilegijs, et Indulgentijs, ac prohibitioni bus
dictæ Sedis, Conſtitutionibus, et conſuetudinibus, et ſta-
tutis, iuramentis, confirmatione Sedis eiuſdem, ſeu qua-
cunque alia firmitate vallatis per quæ effectus præſentium
poſſet quomodolibet impediri, et de quibusquorumque
tenoribus de verbo ad verbum, ſeù de Monaſteriorum, vel
Eccleſiarum, ſeù quarumuis perſonarum proprijs nomini-
bus habenda ſit mentio ſpecialis. Nulli ergo omnino ho-
minum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, ordi-

Digitized by Google

nationis, ſtatuti, voluntatis, electionis, mandati, et reſeruationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Lateran. 3. non. Ianuarij, Pontificatus Noſtri Anno Sexto. Regiſtrata in libro conſtitutionum, et Statutorum Baſilicæ fol. 69.

Bulla Iulij Secundi Pont. Max.

SVMMARIVM.

B*Aſilica Principis Apoſtolorum magno, & admirabilis ædificio reædificari incæpta à Iulio Papa Secundo.* 1

Vt Canonici, Beneficiati, & Clerici ab omni contentione, & inquietudine ſemoti, feruentiùs, & frequentiùs Diuinis in ipſa Baſilica intereſſe poſſint Iulius Secundus concordiam confirmauit. 2

Inter Canonicos ex vna, & Beneficiatos, ac Clericos ex altera, in Sacro Rotæ Auditorio, & alibi ſuper nonnullis, & præſertim ſuper diuiſione fructuum, & aliorum emolumentorum Baſilicæ communiter inter eos diuidendorum diutius inter eos fuit litigatum. 3

Canonici volentes Beneficiatos, & Clericos fraternè tractare, & Beneficiati, & Clerici ea, quæ conuenit decentia eoſdem Canonicos venerari cupientes mutuam dilectionem, & beneuolentiam conſeruare ad Capitula infraſcripta per modum pacis, & concordiæ inter eos perpetuò obſeruanda deuenerunt. 4

Quòd omnes fructus, redditus, & prouentus Baſilicæ debeant poni in Maſſa, ſeu Camera Baſilicæ, ita quod ex illis fiat vnum corpus, & vna Maſſa, quæ ſit communis Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum perſoluen. & intes eos diuiden. ad vſum diſtributionum quotidianarum ſolùm, & tantummodo, videlicet, Canonico quatuor, Beneficiato duo, & Clerico vnum. 5

Portiones Canonicorum ſint triginta quibus addatur vna alia portio quam Canonici de earum portionibus Archipresbytero dictæ Baſilicæ dare teneantur, ſi illam habere velit abſque eo quod de dicta Maſſa aliquid petere poſſint. 6

7 *Clericis, qui ſunt viginti quatuor addatur vna portio, & pro Beneficiatis fiant triginta quatuor portiones, exceptis portionibus duorum Beneficiatorum, & vnius Clerici Sixtini.*

8 *Canonicis Camerarijs dentur ducati ſexaginta auri pro ſalario, & Regalibus, & Beneficiatis Camerarijs ducati quindecim ſimilos; videlicet, ſeptem cum dimidio Cameræ, & reliqui ſeptem cum dimidio Camerarijs Abſentiæ omnibus alijs ſublatis Canonicis, & Beneficiatis hactenus dari ſolitis.*

9 *Canonici non poſſunt habere emolumenta conſenſus, niſi quando illum præſtant de vna perſona in aliam non excedendo tempus primæ locationis, & dummodo talis conſenſus cedat in euidentem vtilitatem Baſilicæ, & non aliter, nec alio modo, & ſi præterquàm in caſibus prædictis ratione conſenſus aliqua emolumenta habuerint illa debent poni Maſſa diuiden. vt cæteri fructus.*

10 *Beneficiati poſſint deputare quolibet anno duos Beneficiatos Reuiſores Computorum, & redditu um ſimul cum Canonicis, Syndicis, & Reuiſoribus computorum in Syndicatu Officialium.*

11 *Computa cuiuslibet menſis debeant fieri quolibet menſe in loco Capitulari, vel alio loco publico, in quo intereſſe poſſint Beneficiati, & Clerici.*

12 *Salaria Officialium, tàm Canonicorum, quàm Beneficiatorum non poſſunt augeri niſi de conſenſu Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum, quia de communi Maſſa ſoluuntur.*

13 *Liber cenſualis debet fieri in quo totus introitus deſcribatur, qui ponatur in Sacriſtia, vel in loco publico, vt à Canonicis, Beneficiatis, & Clericis videri, & perlegi poſſit.*

14 *In confectione ſolemnis Inſtrumenti concordiæ non mutata ſubſtantia cum clauſulis neceſſarijs poſſint magis ſpecificè omnia exprimi.*

15 *In cæteris; aut ſeruentur Statuta, vel de conſenſu Canonicorum,*

rum, Beneficiatorum, & Clericorum de noua reformentur, prout in publico Inſtrumento concordiæ continetur.

Iulius Papa Secundus, confirmat concordiam initam inter 16
Canonicos, Beneficiatos, & Clericos ſupplendo omnes defectus cum decreto vtramq. partem teneri, & obligatam eſſe ad illius obſeruantiam.

IVLIVS EPISCOPVS

Seruus ſeruorum Dei.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

1 VEnerandam noſtram † Baſilicam Princi-
pis Apoſtolorum de Vrbe, quam nuper
magno,& admirabili ædificio reædifica-
re incepimus intrà noſtra brachia cariſ-
ſimis perſtringentes amplexibus, ac ip-
ſius, illiuſque miniſtrorum promoueri,
2 ac augeri profectus ſinceris affectibus †
deſiderantes ijs quæ pro Pace,& concordia inter illius Ca-
nonicos,Beneficiatos,& Clericos conſeruañ facta dicuntur
libenter cum à nobis petitur Apoſtolici muniminis adijci-
mus firmitatem, vt ipſi Canonici,Beneficiati, & Clerici eò
feruentius, & frequentius poſſint Diuinis in ipſa Baſilica
intereſſe, quo prorſus ab omni contentione,& inquietudi-
3 ne fuerint ſemoti.† Sanè pro parte dilectorum filiorum vni-
uerſorum Canonicorum dictæ Baſilicæ,ac Beneficiatorum,
& Clericorum nuncupatorum perpetuorum beneficiatorũ
in eadem nobis nuper exhibita petitio cõtinebat, quod cũ
diutiùs in Romana Curia tàm coram certis cauſarum Pa-
latij Apoſtolici Auditoribus, ſeù Locatenentibus, ſeù alijs
diuerſis Iudicibus inter Canonicos ex vna, & Beneficiatos,
& Clericos præfatos partibus ex altera ſuper nonnullis, &
præſertim ſuper diuiſione fructuum,& aliorum emolumen-
torum dictæ Baſilicæ communiter inter eos diuidendorum
4 litigatum fuerit † Canonici volentes eoſdem Beneficiatos,

& Clericos quantum in eis eſt iuxta iura, quæ credunt ipſis Beneficiatis, & Clericis debere fraternè tractari, & verſa vice ipſi Beneficiati, & Clerici eóſdem Canonicos ea qua conuenit decentia venerari, & cupientes inter eos mutuam dilectionem & beneuolentiam conſeruari præfati Canonici, & maior pars, imò duæ partes & vltra ex tribus partibus ipſorum Beneficiatorum, & Clericorum infraſcripta Capitula, Statuta, & Ordinationes per modum Cõcordiæ, & Pacis inter eoſdem Canonicos, Beneficiatos, & Clericos initæ perpetuò obſeruanda poſtquàm Apoſtolica auctoritate approbata forent fecerunt, & ordinauerunt modo, & forma ſequentibus, videlicet.

In primis, † quod omnes, & ſinguli fructus, redditus, & 5
prouentus, iura, et emolumenta, et obuentiones quæcunque, quotcunque, et qualiacumque quoquomodo, iure, et occaſione vndecunque, quomodocumque, et qualitercũque dictæ Baſilicæ, ſeù eius occaſione, tàm coniunctim, quã diuiſim Canonicis, Beneficiatis, et Clericis hactenus debiti, et in futurum prouenientia, et quomodocumq; debita poni debeant in Maſſa communi, ſeù Camera dictæ Baſilicæ ita quod ex omnibus, et ſingulis prædictis fructibus, redditibus, et prouentibus fiat vnum corpus, et vna Maſſa communis Canonicorum, Beneficiatorum, et Clericorũ prædictorum, quæ debeat perſolui, & diſtribui inter dictos Canonicos, Beneficiatos, et Clericos pro diſtributionibus ſolum, et ad vſum tantummodo diſtributionum quotidianarum prædicti omnes, et ſinguli fructus de cætero in perpetuum ſic redigantur, ac perſoluantur, et diſtribuantur ſublato quouis alio nomine, iure, et titulo tàm groſſæ, quàm decimæ fructuum ſuper excreſcentium exceptorum, et vinearum, ac aliorum omnium in Statutis expreſſorum, ſeù aliàs de iure, vſu, et conſuetudine dictæ Baſilicæ introductorum, et hactenus quomodocumque, qualitercumque, et vndecumque perceptorum, et diſtributorum deductis tantummodo ſalarijs conſuetis, et regalibus infraſcribendis. Item quòd prædicti

dicti fructus,redditus;et prouentus diuidi debeant, et diuidantur,ſeù diſtribuãtur ad quatuor,duo, et vnum, videlicet, quod quilibet Canonicus habeat quatuor,Beneficiatus duo et vnum quilibet Clericus, ſeù dentur cuilibet Canonico centum,cuilibet Beneficiato verò quinquaginta,et cuilibet Clerico vigintiquinque ita quod omnes, et ſinguli fructus prædictæ Baſilicæ tali modo præſcripto diuidantur, et perſoluantur, ac diſtribuantur.

6 Item, quòd licet in dicta Baſilica ſine Archipresbytero ſint Canonici numero triginta, tamen ipſis Canonicis addatur vna alia integra portio inter eoſdem Canonicos diuidenda, ita quod ſi aliqua portio debetur Archipresbytero dictæ Baſilicæ, ſeù perſolui debeat dicto Archipresbytero quandocumque illam pro tempore quoquomodo ha-

7 bere vellet, vel ſibi deberetur Canonici prædicti de eorum portionibus præſatam portionem dicto Archipresbytero perſoluere teneantur abſque eo quod aliquid amplius de communi Maſſa Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum prædictorum petere, et habere poſſent etiamſi Archipresbyter, vt præfertur ſuam portionem peteret,ſeù habere vellet quandocumque † et Clerici qui ſunt vigintiquatuor addatur vna alia portio adeo quod vigintiquinque prò Clericis,et quod pro Beneficiatis fiant triginta quatuor portiones exceptis portionibus, et diſtributionibus quæ debentur Beneficiatis,& Clericis Sixtinis nuncupatis quæ permaneant iuxtà earum inſtitutionem.

8 Item quod loco regalium Camerariorum dentur Canonicis Camerarijs ducati ſexaginta auri qui ſint tàm pro ſalario, quàm pro regalibus,et pro Camerariorum Beneficiatorum Regalibus dẽtur ducati quindecim ſimiles; videlicet, ſeptem cum dimidio Cameræ, et reliqui ſeptem cum dimidio Camerarijs abſentiæ æqualiter diuidendi ſublatis venationibus,oblationibus Veronicæ Decima librata, cæteriſq; Regalibus, tàm coniunctim, quàm diuiſim ipſis Canonicis, et Beneficiatis hactenus dari ſolitis.

Digitized by Google

Item, quod dicti Canonici non poſſint habere, nec accipere emolumenta quæ ſolent prouenire ex præſtatione cōſenſus præſtandi in locationibus,affictationibus, & arrendationibus quibuſcumque bonorum dictæ Baſilicæ, niſi ſolum, & dumtaxat quando conſenſus huiuſmodi præſtatur pro vna ſola perſona in aliam perſonam non excedendo tempus primæ locationis,& dummodo conſenſus huiuſmodi cedat in euidentem vtilitatem dictæ Baſilicæ, & non aliter,nec alio modo, & ſi præterquā in dictis tranſlationibus, & permutationibus de vna perſona in aliam ratione conſenſus præſtandi aliqua emolumenta habuerint illa omnia debeant poni,& ponantur in Maſſa communi,& diuidātur, vt cæteri fructus inter omnes, tàm Canonicos,quàm Beneficiatos, & Clericos modo ſupraſcripto. 9

Item, quòd in reddendis rationibus, ſeù computis receptorum,& expenſorum,ſeù exitus,&introitus fructuum, & bonorum omnium d.Baſilicę in ſindicatu Officialium & adminiſtratorum prædictorum bonorum Beneficiati poſſint deputare, & conſtituere duos ex eis qui ſint Reuiſores cōputorum, & redituum prædictorum ſimul cum Canonicorū Syndicis, & reuiſoribus computorum huiuſmodi deputatis pro tempore. 10

Item, quod in computis faciendis cuiuſlibet menſis audire,& intereſſe poſſint ſinguli, tàm Beneficiati, quam Clerici quibus placuerit, & qui voluerint huiuſmodi reuiſioni intereſſe non enim fiat priuatim huiuſmodi computorum reuiſio, nec fiat occultè, ſed publicè in loco Capitulari, vel alio deputato in dicta Baſilica. 11

Item,quòd ſalaria Officialium,tàm Canonicorum, quàm Beneficiatorum non poſſint aliquo modo, vel quouis quæſito colore augeri,niſi de conſenſu omnium, tàm Canonicorum,& Beneficiatorum,quàm Clericorum ex quo huiuſmodi ſalaria de communi Maſſa ſolui debeant. 12

Item, quod fiat vnus liber cenſualis nuncupatus in quo deſcribātur omnes prædicti,& ſinguli fructus,redditus, pro- 13

uentus,introitus,& emolumenta omnium bonorum prædictæ Baſilicæ,& ponatur in Sacriſtia, vel in aliquo loco publico ſimiliter celebri adeò quod poſſit ab omnibus, tàm Canonicis, quàm Beneficiatis,& Clericis videri, & perlegi quandocumque eis placuerit.

14 Item,quòd prædicta omnia,& ſingula in confectione ſolemnis inſtrumenti,& conuentionis concordiæ,ſeù Capitulorum prædictorum magis ſpecificari,& exprimi poſſint nō mutata tamen ſubſtantia,& tenore prædictorum accedente inſuper confirmatione Apoſtolica ad confirmationem, roborationem,& validitatem omnium, & ſingulorum prædictorum cùm cautionibus,& clauſulis neceſſarijs, & opportunis, & in dictis Capitulis imponendis, & deſcribendis ad hoc, vt prædicta omnia,& ſingula obſeruari debeant inuiolabiliter.

15 Item,quod in cæteris,aut ſeruetur ordo,& tenor ſtatutorum,aut de nouo reformentur ſi Canonicis,Beneficiatis, & Clericis prædictis placuerit, prout in inſtrumento publico ſuper concordia, & Capitulis prædictis confecto pleniùs continetur.

16 Quare pro parte Canonicorum, ac Beneficiatorum, et Clericorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt concordiæ,ac Statutis prædictis pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, aliàſq; in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Canonicos,ac Beneficiatos, et Clericos prædictos,et ipſorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis,et interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs,cenſuris,et pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione,vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, et abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati concordiam,et Capitula prædicta, ac prout illa concernunt omnia,et ſingula in dicto inſtrumento contenta auctoritate Apoſtolica tenore

præ-

Digitized by Google

præſentium approbamus, et cõfirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus ſupplentes omnes, et ſingulos defectus ſi qui forſan interuenerint in eiſdem; ac vtramque partem ad præmiſſorum omnium; et ſingulorum obſeruationem teneri, et obligatos eſſe decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Baſilicæ iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, et conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulliique omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, et decreti infringere, vel ei auſu temeratio contraire; Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingẽteſimn ſeptimo, ſextodecimo Kal. Aprilis Põtificatus Noſtri Anno Quinto.

Die 27. Maij 1589. citato D. Iulio Gluſiano RR. DD. Canonicorum Procuratore extracta ex Archiuio Baſilicæ, & ex libro Statutorum præſentibus R. D. Alberto Magna Clerico, & Iacobo Grimaldo Sacriſta eiuſdem Baſilicæ.

Franciſcus Romaulus Not.

PAVLVS
PAPA III.

MOTV PROPRIO, &c.

CVM dudum variæ diſcordiæ, et lites inter Canonicos, Beneficiatos, et Clericos Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe ortæ eſſent illaſque pluribus, et diuerſis S. R. E. Cardinalibus in diuerſis temporibus aliàs demandauerimus, nec tamẽ hactenus diffinitæ fuerint, et poſtremo iudicio Dilectorum filiorum noſtrorum Alexandri S. Laurentij in Damaſo Diaconi Cardinalis Archipresbyteri dictæ Baſilicæ, et Franciſci Sfondrati Epiſcopi Sarneñ ipſius Vicarij commiſimus, quòd controuerſijs diligenter priùs diſcuſſis, vt res omnimodum finem conſequeretur nobis omnia retulerunt. Nos verò intendentes huic negotio finem imponi, ac omnes litium, et diſcordiarum fomitem præcidi Motu ſimili &c. et in primis motum proprium fel. rec. Clemen. Papæ VII.
1 prædeceſſoris noſtri facti in die vigeſima prima Februarij milleſimo quingenteſimo vigeſimoquinto, quo inter alia diſponitur de applicañ Sacriſtiæ ipſius Eccleſiæ S. Petri emolumentis introitus, et medietatis prouentuum Canonicatuum, et Beneficiatorum, et Clericatuum primi anni, quo quis ingreſſus fuerit illum approbamus, et confirmamus illumque in omnibus, et per omnia obſeruari volu-
2 mus, & mandamus, & nihilominus, † quoad caput alterius Motus proprij dicti prædeceſſoris, quòd prouidet contra Beneficiatos, & Clericos, qui canere neſciunt vel nolunt illud dignis ex cauſis reuocàmus, & nihilominus declara-

mus intentionis noſtræ eſſe, quòd cultus Diuinus in hoc nō diminuatur, nec quòd prædicti à munere canendi eximātur. In quo vltra antiquarum Conſtitutionum, diſpoſitionem, mandamus ipſi Alexandro Cardinali, ſeù eius Vicario, vt 3
etiam iuxta mentem noſtram in ijs declaratam in hoc prouideant, † quo verò ad aliud Caput in quo controuertitur inter dictas partes de loco Cantoribus aſſignando in pompa proceſſionum ordinamus, iuxta ſenſum veteris Conſtitutionis, vt dicti Cantores non excedāt medium inter claſ- 4
ſem Canonicorum, & Beneficiatorum, ac Clericorum † in reliquis verò cōtentionum Capitibus quoniam percipimus ſatis prouiſum, ſi Conſtitutiones, & decreta noſtra, ac prædeceſſorum noſtrorum &c. maximè concordiam à bo: me: Iulio etiam prædeceſſore noſtro approbatam exequutioni mandentur; Ideo cōmittimus prædicto Alexandro Cardinali, & Archipresbytero, ſeu eius Vicario, vt iuxta illa prouideant eaque omnino obſeruari faciant, † hoc nihilomi- 5
nus noſtro decreto ad præſens declarantes, quod cum ex antiqua Conſtitutione ſancitum ſit Beneficiatos non habere vocem aliquam, nec poteſtatem in Capitulo, niſi vbi de alienatione bonorum immobilium, vel iurium ageretur eam exceptionem intelligēdam eſſe, etiam vbi tractaretur de locatione Caſalium vltrà nouennium, vel domorum vltra tertiam generationem, etiamſi hactenus prædicta vltra illud tēpus ſine ipſorum Beneficiatorum interuentu locari conſueuerunt, volumus autē quoad præmiſſa ſolam præſentis Motus proprii Signaturam ſufficere, & vbique fidem facere in iuditio, & extra illud, quacumq; conſtitutione, ſeu regula nō obſtante, ſeu literas per Breue noſtrum deſuper ſi videbitur expediri poſſe.

Placet, & ita Motu proprio mandamus A.

A. Vicecancellarius.

Viſa Fab. Lucen. Vicarius.

Regiſtratum in libro Conſtitutionum, & Statutorum Baſilicæ fol. 178.

Bulla

SVMMARIVM.

1 *SIxtus Quintus, Canonicos, Beneficiatos, & Clericos Beneficiatos à cenſuris incurſis ob non adimplementum piorum legatorum in vtroque foro abſoluit, ac eiſdem omnes fructus, & redditus indebitè acceptos remittit.*

2 *Capitulo, Canonicis, Beneficiatiis, & Clericis beneficiatis indulgendo concedit, vt in futurum vltra eas Miſſas, quæ communiter cantari, Anniuerſaria celebrari, ac preces pſallere, orationes, & ſuffragia recitare conſueuerunt, quindecim dumtaxat quotidie celebrentur Miſſæ, ita ut ſacrificia omnia, quæ priuatim ex antiqua conſuetudine, ſiue ex alia obligatione celebrare ſolent ſub præſenti ordinatione comprehenſa intelligantur.*

3 *Prædicta omnia reducta in perpetuum exceptis nonnullis diebus feſti obſeruari mandat, ita tamen, quod quotidie preces poſt Primam in Choro dicantur, ſicut etiam Officium Defunctorum die præcedenti in Choro in nota poſt Completorium cantetur per Beneficiatos, ſeu Clericos Beneficiatos.*

4 *Officia, & Miſſas Defunctorum in ſolemnibus feſtis in Bulla præſcriptis omittanda eſſe decreuit.*

5 *Item ſi in Ferÿs Quadrageſimæ, Vigiliarum, Aduentus, aut Quatuor Temporum contigerit cantare in Choro vnam Miſſam Feriæ, alteram Feſti, ſicut etiam quando particulare Anniuerſarium celebrandum eſt, & in Feſtiuitatibus nonnullarum Sanctarum prædictam Defunctorum Miſſam in Choro omittendam voluit, & eius loco per Hebdomadarium Miſſam priuatam in Altari priuilegiato celebrari ſtatuit.*

6 *Anniuerſaria ſtatutis diebus, aut ſi impediti fuerint in proximè præcedentibus non impeditis cum ſolitis emolumentis celebrari ordinauit.*

Cano-

Canonicos, Beneficiatos, & Clericos Beneficiatos ab omni in- 7
iuncto onere ex primaeua institutione eximit, dummodo illis
quæ communiter incumbunt integrè ſatisfaciant.

Omnem diſtinctionem, & differentiam lucrandi, & amitten- 8
di diſtributiones ex certis, & incertis, & ex punctationibus
& pęnis inter eos à Bonifacio Octauo, & Sixto Quarto, &
alios Beneficiatos, & Clericos alio nomine nuncupatos in
omnibus, & per omnia cum alijs exęquat, & ideo quaſcum-
que litteras Apoſtolicas, & ſtatuta ad terminos præſentium
reducit.

Canonicos, Beneficiatos, & Clericos ob negligentiam adhibi- 9
tam in adimplendis oneribus moleſtari non poſſe decernit.

Innouat, & ampliat diſpoſitionem Iulij II. 10

Nomen Cappellæ Iuliæ, & Sacriſtiæ extinguit, & ab eius Offi-
libus bona, fructus, & omne ius adminiſtrandi perpetuo ſe- 11
parat, & dicta bona Menſæ Capitulari cum oneribus appli-
cat, ac cum camera dictæ Baſilicæ coniungit, & connectit.

Bona Cappellæ Iuliæ in poſterum non per proprios Camerarios 12
adminiſtrentur, ſed per eos qui Burſæ nuncupat. Camera-
rium, ſeu Camerarios, eorumque fructus cum mandato Ca-
nonicorum Camerariorum, & Beneficiatorum Reuiſorum
ſolita ſubſcripttione erogentur, & diſtribuantur, & in librũ
cenſualem cum cæteris Baſilicæ introitibus deſcribantur, &
in vnam maſſam congerantur.

Omnia, bona, iura, & emolumenta precipuè ea quæ ex ingreſſu 13
cuiuſlibet Canonici, Beneficiati, & Clerici Beneficiati ad
Sacriſtiam pertinent, integrè in vſum diuini cultus, & non
aliter erogentur.

Loco Cappellanorum, & Miniſtrorum Cappellæ Iuliæ poſthac 14
mandat ex maſſa communi quindecim Presbyteros ad nu-
tum Archipresbyteri, & Capituli poni & amoueri, qui ſin-
guli per te quotidie quindecim Miſſas celebrent in ſatisfa-
ctionem onerum, ac eorum aliqui in Choro horas canonicas
iuxta Baſilicæ morem canere teneantur.

Cantores duodecim ſint nempè quatuor pro qualibet voce qui 15
ſingulis

Digitized by Google

ſingulis diebus iuxta conſuetudinem Eccleſiæ integro officio adſint, & in Miſſarum celebratione canant.

16 *Pueros Scholares duodecim habeantur, qui dictæ Baſilicæ deſeruiant, quibus dentur duo Magiſtri vnus muſicæ, alter grammaticæ cum competenti mercede.*

17 *Numerus Cappellanorum Cantorum, Scholarium, & Magiſtrorum perpetuis futuris temporibus retineatur, nec vllanus minuatur.*

18 *Præcipit quod perſolutis ſalarijs antedictis perſonis, id quod ſupereſt, pro rata vt moris eſt inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos Beneficiatos diſtribuatur.*

19 *Deficientibus bonis dictæ Cappellæ Iuliæ, & Sacriſtiæ ex redditibus maſſæ communis ſuppleatur.*

SIXTVS

SIXTVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

CVM pro noſtro Paſtorali munere diuina nobis prouidentia iniuncto Eccleſiarum omnium regimini paterna ſolicitudinè aſſiduè intenti ſumus tum verò ad venerandam Baſilicam Principis Apoſtolotum de Vrbe eo libentius aciem dirigimus noſtræ mentis, quo eumdem Beatum Petrum ad cuius Cathedram licet imparibus meritis à Domino vocati ſumus ſpeciali quadam deuotione, ac venerntione, vt par eſt proſequimur. Ideoque nihil quantum in nobis eſt prætermittimus eorũ, quæ ad eiuſdem Baſilicæ, illiuſque bonorum rectam gubernationem, ac ad dilectorum filiorum Capituli, & Miniſtrorum illius ſpiritualem conſolationum, & temporalia commoda, & vtilitatem pertinere dignoſcuntur. Quoniam igitur ſicut accepimus ob qurm plurima, & varia Chriſtifidelium legata, donationes, contractus, ſeu alias diſpoſitiones ipſi Capitulum, & Canonici, ac Beneficiati, & Clerici eiuſdem Baſilicæ tam meltas ſubmiſſa voce, aut in cantu Miſſas, & Anniuerſaria celebrare, aut alias preces orationes, collectas, commemorationes, & diuina Officia recitare iam pridem tenentur, vt illis plenè ſatisfacere difficillimum videatur multorum etiam ex huiuſmodi oneribus memoria penitus ſit obliterata, & quamuis in ipſamet Baſilica quotjdiè exeeptis Dominicis, & alijs quibuſ-

dam feſtis diebus ſolemnioribus officium, & Miſſa pro defunctis in cantu celebretur, & legatur, aliæ etiam piæ orationes poſt Primam horam recitentur, multa quoque Anniuerſaria officia, Exequiæ, & Miſſæ pro defunctis per annum variis diebus celebrentur. Quinimò aſſeratur ex antiqua nonnullorum relatione auditum eſſe, quòd alias felicis recordationis Sixtus Papa Quartus prædeceſſor noſter numerum penè immenſum Anniuerſariorum pro Benefactoribus celebrandorum reduxerat ad Miſſam quotidianam pro defunctis in Choro celebrandam, quodque vigore cuiuſdam Decreti à bon. mem. Hieronymo Epiſcopo Foroſempronień eiuſdem Baſilicæ Archipresbyteri, & Vicario tunc exiſtente de mandato eiuſdem Sixti noſtri prædeceſſoris vt ipſe Vicarius tunc aſſeruit editi ab ipſo prædeceſſore ijs, qui tunc erant Canonici, Beneficiati, & Clerici ratione prædictorum onerum eis iniunctorum perpetuò præceptum fuerat, vt ex tunc de cætero ad celebrationem decem, & ſeptem interdum etiam pauciorum, Miſſarum priuatarum quolibet die certo ordine tunc deſcripto tenerentur, ex quo licet per huiuſmodi Miſſarum ab eodem Hieronymo Epiſcopo, & Vicario tunc expreſſarum celebrationem omnibus oneribus plenè ſatisfactum cenſeretur, tam cum ab ipſo Hieronymo Epiſcopo, & Vicario de antiquioribus eiuſdem Baſilicæ ſcripturis, quibus numerus ferè triginta duarum Miſſarum quotidiè celebrandarum continetur nulla mentio facta fuerit, nec de prædicta Sixti prædeceſſoris intentione per authentica documenta ſatis certo appareat, & ab eo tempore citra ne id quidem ſemper ea qua decebat cura, & diligentia fuerit obſeruatum, ſed interdum multo pauciores Miſſæ de mandato Capituli pro animabus Benefactorum celebratæ fuerint ſicuti etiam nunc duodecim tantum, aut treſdecim per Cappellanos Capituli quotidiè dici conſueuerunt, ac præterea ratione Cappellæ Iuliæ nuncupatæ in eadem Baſilica à piæ memoriæ Iulio Papa Secundo prædeceſſore noſtro

erectæ,

Digitized by Google

erectæ, & inſtitutæ, & ſatis amplis redditibus dotatæ complura, & diuerſa onera tum ab ipſo Iulio prædeceſſore, tum ab alijs, & nouiſſimè à recolendæ memoriæ Gregorio Papa XIII. etiam prædeceſſore noſtro eiſdem Capitulo, & Canonicis, ac Magiſtris eiuſdem Cappellæ pro tempore existentibus iniuncta ſupportare, ac mille ſcuta auri tanquàm indebitè ab eadem Cappella Iulia exacta, ac fructus illorum, ſeu cenſus, vti etiam indebitè retentos ipſi Capitulum, & Canonici dictæ Cappellæ Iuliæ reſtituere obligati extiterint, prout in eiſdem Iulij, & Gregorij prædeceſſorum litteris latius explicatur, atque hæc omnia forſan non ita plenè adimpleta fuerint. Ideoque operæ precium ſit eorumdem Capituli Beneficiatorum, & Clericorum conſcientiæ tranquillitati de benignitate Apoſtolica prouidere nos volentes more pij Patris cum eis benigne agere, eoſdemque Capitulum Canonicos, & Beneficiatos, ac Clericos, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis præterquam præmiſſorum occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ac litterarum eorumdem Sixtu, Iulij, Gregorij, & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, eiuſdemque Baſilicæ Conſtitutionum, ſtatutorum, conſuetudinum, necnon teſtamentorum, mandatorum, fundationum, donationum, tenores etiam veriores, necnon numerum, & qualitates Miſſarum, tam quotidie, quàm per hebdomadam, ac Anniuerſariorum, commemorationum, & precum recitandorum, & celebrandorum, prout in antiquis libris, & conſtitutionibus prædictæ Baſilicæ annotatum eſt, ipſaſque annotationes, necnon bonorum, ac reddituum ad hunc effectum relictorum, ſituationes, qualitates, confines, annuoſque valores præſentibus pro expreſſis habentes.

Digitized by Google

✝ Motu proprio non ad dilecti filij Archipresbyteri, aut Capituli Baſilicæ prædictæ, vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra liberalitate eoſdem Capitulum, Cauonicos, Beneficiatos, & Clericos tàm vniuerſos, quàm eorum ſingulos, qui nunc ſunt, & hactenus pro tempore fuerunt à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque ſententijs cnnſuris, & pœnis Eccleſiaſticis ſi quas propter omiſſionem, & negligentiam huiuſmodi, quomodolrbet de præterito vſque in præſentem diem incurriſſe dici, aut cenſeri, quoquomodo poſſint in vtroque foro tenore præſentium abſoluimus, & totaliter liberamus, pœnaſque ipſas etiam caducitatis, & deuolutionis bonorum, quas propter non implementum piorum huiuſmodi legatorum, & ob non ſatisfactionem huiuſmodi onerum eos incurriſſe etiam ad fauorem Fabricæ eiuſdem Baſilicæ, aut Cameræ Apoſtolicæ, aut quarumcumque Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & piorum locorum ſecularium, ſeu cuiuſuis Ordinis Regularium, quæ tamen hactenus acceptare, & in iudicium deductæ non ſint, quocumque modo dici, aut cenſeri valeant, necnon fructus, redditus, prouentus, ac emolumenta quæcumque etiam ſub quotidianarnm diſtributionum, aut alio quouis nomine per eos, & eorum quemlibet propter dictas omiſſiones, vel non ſatisfactiones, aut etiam ex Cappella Iulia prædicta ob non factam plenè forſan, & integrè eidem Cappellæ iuxta prædictas litteras Gregorij prædeceſſoris bonorum, aut fructuum, redditũ, & prouentuum illius reſtitutionem, ſiue ob non adimpleta cuncta onera, occaſione dictæ Cappellæ eidem Capitulo iniuncta quomodolibet indebitè vſque in præſentem diem perceptos ad quamcumque etiam maximam notabilem, & exceſſiuam ſummam aſcendant eis gratioſè remittimus, & condonamus, ac cum eorum quolibet ſuper irregularitate, ſeu inhabilitate ſi quam propter præmiſſa omnes Miſſas, & alia Diuina officia, non tamen in

con-

contẽptum Clauium celebrando, aut alias diuinis ſe immiſcendo contraxiſſe pariter cenſeri poſſent, Quodque illa & alijs præmiſſis non obſtantibus ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, ſi non dum promoti ſunt alias ritè promoueri, ac in ijs, vel huiuſmodi ſuſceptis Ordinibus, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare liberè, & licitè valeant gratiosè diſpenſamus, omnemque inhabilitatis maculam, ſiuè notam contra eos, ex præmiſſis inſurgengentem penitus abſtergimus, & abolemus, ac eos in priſtinum, & eum in quo ante præmiſſa quomodolibet erant ſtatum reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, † & inſuper Capitulo, Canonicis, Beneficiatis, & Clericis 2 ſupradictis auctoritate Apoſtolica, & tenore præmiſſis concedimus, & indulgemus, vt in futurum per celebrationem quindecim Miſſarum quotidianarum tantum, vltra eas, quæ communiter cantari conſueuerunt, & Anniueſaria ſolita oneribus, & obligationibus vniuerſis eis incumbentibus plenè, & integrè ſatisfacere poſſint, necnon Miſſas ipſas ad prædictum numerum quindecim reducimus, ita vt Miſſæ omnes, quæ priuatim, & ſubmiſſa voce, ſiue ex antiqua ipſius Baſilicæ inſtitutione, & conſuetudine, ſiue ex fundatione, & quauis obligatione, promiſſione, contractu, vltima voluntate, præcepto, & mandato Apoſtolico, ſiuè alias ex quauis cauſa communiter, aut diuiſim, etiam per certos Canonicos, Beneficiatos, aut Clericos celebrari debeant ſub huiuſmodi reductione ſint comprehenſæ, ac pariter Aniuerſaria omnia, preces, orationes, ſuffragia, commemorationes, reſponſoria, officia, pſalmi, & collectæ, quæ pro quibuſuis Defunctis, aut Benefactoribus ſimiliter, vt præfertur recitanda, aut celebranda eſſent ſub 3 huiuſmodi reductione ſint comprehenſa. † Quæ quidem onera cuncta, & ſingula reducta ſint perpetuò ad hoc tantum, vt quotidie exceptis feſtis Natiuitatis, & Epiphaniæ Domini Noſtri Ieſu Chriſti, ac Paſchatis Reſurrectionis cum tribus antecedentibus diebus, & Pentecoſtes, ac feſto

ſto

Digitized by Google

ſto Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum preces ſolitæ pro defunctis poſt primam horam in Choro dicantur, ac etiam quotidię officium mortuorum cum tribus lectionibus, & Miſſa in Choro generaliter pro defunctis benefactoribus cantetur, eiuſque Officium, & Veſperæ, aut ſaltem Matutinum die præcedēti poſt Competorum in Choro dicatur, ac in nota cantetur, lectioneſque à Beneficiatis ſeu Clericis dicantur, qui etiam Beneficiati ipſo officio aſſiſtente, & intereſſe debeant. Diebus verò feſtis à Vigilia
4 Natiuitatis Domini per totam Octauam incluſiuè, in Epiphania eiuſdem Domini, Feria quarta Cinerum, à Dominica Palmarum per totam Octauam Paſchæ, in Aſcenſione Domini, in Pentecoſte cum tota Octaua, in feſto Corporis Chriſti, in Purificatione, Annunciatione, Aſſumptione, Natiuitate, & Conceptione B. M. V. in feſtis Apoſtolorum, & Euangeliſtarum, in vtraque Cathedra Sancti Petri, & feſto eiuſdem ad Vincula, in Inuentione Sanctæ Crucis, Conuerſione S. Pauli, feſto Sancti Laurentij, Natiuitate, & Decollatione Sancti Ioannis Baptiſtę, Dedicatione Sancti Michaelis Archangeli, ac ipſius Baſilicæ, & in feſto Omnium Sanctorum, ac in omnibus diebus Dominicis di-
5 cta Officia, & Miſſæ Defunctorum omittantur. † In Ferijs autem Quadrageſimæ, Vigliarum, Aduentus, aut Quatuor Temporum ſi occurrat in Choro cantari vnam Miſſam feſti, alteram feriæ. Item quando fit particulare Anniuerſarium, vel Exequiæ pro aliquo defuncto, ac in feſto Sancti Antonij Abbatis, Sanctæ Mariæ ad Niues, Sanctæ Marię Magdalenæ, Sanctæ Luciæ, ac Sanctæ Catherinæ, omittatur qnidem in Choro Miſſa Defunctorum pro benefactoribus, vt ſupra, ſed illius loco Miſſa priuata generaliter pro Anniuerſario benefactorum ab vno ex Hebdomadarijs Beneficiato, vel Clerico ad Altare priuilegiatum pro defun-
6 ctis celebretur, † ac præterea etiam Anniuerſaria particularia deſcripta in tabella Sacriſtiæ, cuius tenorem in fine præſentium litterarum inſeri curauimus ſtatutis diebus, aut

aut

aut proximè præcedentibus non impeditis, cum ſolitis emolumentis, ac diſtributionibus pro intereſſentibus celebretur. † Vt vero inter perſonas eidem Baſilicæ inſeruiẽtes æqualitas, & conformitas, vt decet ſeruetur, omniumque, & ſingulorum Beneficiatorum, & Clericorum conſcientiæ prouideatur, ſaluo ſeruitio ordinario ipſius Baſilicæ tàm per hebdomadam, quàm in communibus, & Exequijs, & Anniuerſarijs communiter celebrati ſolitis, reliqua omnia, & quęcumque priuatim, & ſigillatim cuilibet ex Canonicis, vel triginta ſex Beneficiatis, & viginti ſex Clericis etiam ex primæua cuiuslibet eorum fundatione, & inſtitutione iniuncta onera, & obligationes tam Miſſarum, quàm etiam diuinorum Officiorum, & precum ab eis omninò tollimus, & abolemus, eoſque ſingulos ab ipſis oneribus, & obligationibus perpetuò eximimus, & abſoluimus, ac liberamus, liberoſque abſolutos, exemptos, & immunes declaramus, dnmmodo eis, quæ communiter cunctis incumbunt plenè ſatisfaciant, ſed & circa modum lucrandi, & amittendi diſtributiones quotidianas, & quæcunique emolumenta ordinaria, & extraordinaria, certa, & incerta, necnon participandi de punctationibus, aut mulctis non inſeruientium omnem prorſus diſtinctionem, & differentiam inter eos, qui antiquitus, aut poſtmodum à piæ recordationis Bonifacio Papa Octauo etiam noſtro prædeceſſore, ac demum à Sixto Quarto, & quibuſuis alijs Romanis Pōtificibus inſtituti fuerunt, etiam quoad eos, quorum ſucceſſionis certa notitia adhuc habetur quique Sixti dicuntur, & alios quoſcumque Beneficiatos, & Clericos ſimiliter etiam tollimus, & ſubmouemus, eoſque cum alijs penitus in omnibus, & per omnia æquamus † litteras quoque Apoſtolicas ſuper illorum erectione, fundatione, & inſtitutione editas, & ipſius Baſilicæ ſtatuta etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate roborata, & conſuetudines etiam ab immemorabili tempore obſeruata, quorum tenores præſentibus haberi volumus pro

7 8

expreſſis

expreſſis ad terminos præſentium etiam reducimus,& moderamus, necnon teſtatorum, & contrahentium, & donãtium, & alias in præmiſſis ſtatuentium, &diſponentium
9 voluntates, & decreta commutamus. † Decernentes eoſdem Capitulum Canonicos,Beneficiatos,& Clericos amplius præmiſſorum occaſione', nec de præterito', nec in futurum etiam per Fabricam Baſilicæ prædictæ, ſeu illius deputatos, aut Cameram Apoſtolicam, vel quæuis Collegia, Capitula, Monaſteria, Eccleſias, Hoſpitalia, aut loca pia, quouis prætextu, aut quæſito colore, etiam caducitatis, vel deuolutionis ob prædictam negligentiam defectum,aut inobſeruantiam moleſtari nullo modo poſſe,nec debere, ac volentes,quod propter executionem præſentium litterarum, nec per Fabricam prædictam, nec per Cameram noſtram Apoſtolicam, quæ ſiue eius Clerici Præſidentes à dicto Sixto prædeceſſore vocati, aut ſobſtituti ſunt ad bona, & onera tunc expreſſa in defectum,ſeu inobſeruantiam eorum, quæ ipſe in litteris fundationis dictorum Beneficjatorum,& Clericatuum ordinauit, nec per quæcumque Hoſpitalia, Monaſteria, loca pia, Eccleſias ſæculares, vel regulares, etiam prætextu caducitatis, vel deuolutionis directè, vel indirectè quouis modo moleſtari,aut in ius vel controuerſiam vocari, ſeu in deuolutionis, caducitatis, vel in alias etiam pecuniarias, aut ſpirituales pœnas, ſententias, aut cenſuras Eccleſiaſticas incurriſſe, quomodolibet dici, aut cenſeri, quouis tempore,occaſione, vel cauſa poſſint, nec debeant. Ac vlterius, vt rectè adminiſtrationi bonorum eiuſdem Baſilicæ melius cõſulatur eiuſdem Iulij Secundi prædeceſſoris noſtri litteras ſub dat. Decimo
10 ſexto Kalendas Aprilis Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptimo, Pontificatus ſui Anno quinto expeditas, quarum tenores veriores etiam præſentibus pariter haberi volumus pro expreſſis in ea parte, qua cauetur, vt ſublato nomine,iure,& titulo groſſę decimæ fructuũ excreſcentiũ, exceptorũ vinearũ, & aliorum omniũ in ſtatutis expreſſorum

rum

Digitized by Google

rũ deductis certis ſalarijs,& regalibus ipſi fructus annuatim vniformiter diſtribuit deberẽt, auctoritate prædicta tenore earumdem preſentium innouamus extendimus,& ampliamus. † Quinimo ipſius Cappellæ Iuliæ nomen, & titulum 11
perpetuo ſupprimentes, & extinguentes, ac ab ea, & ſacriſtia prædictis, nec non ab Officialibus ad eas pro tempore deputatis bona fructus, redditus, prouentus, & alia ad eas pertinentia, omneque Ius illam adminiſtrandi perpetuo ſeparantes, & diſmembrantes hæc omnia menſæ Capitulari, ſeu Cameræ Baſilicæ prædictæ cum oneribus, quæ infra deſcribentur tantum perpetuo applicamus, appropriamus, concedimus,& aſſignamus, & cum alijs dictæ Cameræ ipſius Baſilicæ bonis coniugimus, annectimus, & incorporamus, ac declaramus tam ſupradictorum, quam omnium etiam Sacriſtiæ eiuſdem Baſilicæ, nec non Cappellæ Iuliæ ab eodem Iulio prædeceſſore in ea inſtitutæ, & quorumcunque aliorum fructuum, redditu um prouentuum, bonorum, cenſuum, & iurium ad ipſam Baſilicam eiuſque menſam Capitularem,ſeuCameram,necnon ad prædictas Sacriſtiam, Cappellam Iuliam ſub exceptorum Vinearum, vel alio nomine ſpectantium plenam liberam,& omnimodam adminiſtrationem ad ipſum Archipresbyterum, & Capitulum pertinere, licereque ad hunc effectum ipſis Archipresbytero, & Capitulo dictarum Sacriſtiæ,& Cappellæ Iuliæ bonorum iurium, & pertinentiarum quorumcunque, ac illis annexorum corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem abſque alicuius licentia, vel mandato propria auctoritate ipſius menſæ, ſeu Maſſæ Communis nomine apprehendere, ac perpetuo retinere,
† ac debere ipſum Capitulum non vti hactenus fuit vſitatum per proprios Camerarios ea adminiſtrare, ſed in poſterum per eos, qui Burſæ nuncupantur Camerarium, ſeu Camerarios ea exigere eorumque annos prouentus ſuo arbitrio diſtribuere,& cum mandato Canonicorum,etiam Beneficiatorũ Reuiſorum ſolita ſubſcriptione erogare, & 12

in librum cenſualem cum cæteris eiuſdem Baſilicæ introi-
tibus deſcribi facere, & in vnam Maſſam, vnumque Cor-
pus congerere confundere, & coniugere vna cum reddi-
tibus ordinarijs ipſius menſæ Capitularis, ſeu Cameræ di-
13 ctæ Baſilicæ nuncupatis † ea tamen rationem habita, vt
omnia iura, redditus, annui certi, & incerti, emolumen-
taque ordinaria,& extraordinaria,quæ ad ipſam Sacriſtiam
in ingreſſu præſertim cuiuslibet Canonici, Beneficiati, &
Clerici pertinent integre in vſum tamen Diuini cultus,
14 nec aliter erogentur, † quod Cappellam vero Iuliam litte-
ras tam dicti Iulij prędeceſſoris,& aliorum forſan antiqno-
rum Fundatorum, & Inſtitutorum ipſius Cappellæ Iuliæ,
quam alias nouiſſimas dicti Gregorij etiam Prædeceſſoris
ſub Dat. Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptua-
geſimo octauo Kalend Auguſti Pontificatus ſui anno ſe-
ptimo expeditas quarum etiam tenores pro expreſsis ha-
bemus in hac parte moderantes, & ad terminos præſentiũ
reducentes, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, atque
expreſſe harum ſerie declaramus, quod loco Cappella-
norum; Miniſtrorum, & perſonarum, quæ iuxta formam
dictorum Iulij, & Gregorij Prædeceſſorum litterarum in-
ſeruire ipſi Baſilicæ, & manuteneri deberent poſthac in
perpetuum ſumptibus Maſſæ, & Menſæ Communis Ca-
meræ ipſius Baſilicæ, cui, vt præfertur, dictæ Cappellæ Iu-
liæ bonorum fructus, redditus, prouentus, ac iura omnia
incorporata fuerunt quindecim Præsbyteri Cappellanij ad
nutum Archipresbyteri, & Capituli prædictorum ponendi,
& amouendi, qui ſint Pręsbyteri ſeculares, & teneantur
omnes, & ſinguli quotidie per ſe, aut ſi legitime impediti
fuerint per alium, ſeu alios quindecim miſſas ſubmiſſa vo-
ce celebrare eo ordine, eaque forma, quæ eis per Sacri-
ſtas eiuſdem Baſilicæ pro tempore exiſtentes præſcribetur
in ſatisfactionem onerum ipſis Capitulo, Beneficiatis, &
Clericis, vt præfertur incumbentium, ac eorum aliqui can-
tare, & pſallere quotidie horas canonicas diurnas, & no-

cturnas

Digitized by Google

cturnas ſecundum morem ipſius Baſilicæ, † præterea duo- 15
decim Cantores nimirum, quatuor Baſſi, quatuor Teno
res, quatuor Contralti nuncupati, ac vlterius pro voce
Suprani nuncupati quatuor Eunuchi ſi habiles reperien
tur ſin minus ſex pueri, qui Cantores ſingulis etiam die-
bus iuxta morem Baſilicæ prædictæ integro officio diurno
& nocturno, & Miſſæ adſint, & vt moris eſt canent.
† Inſuper duodecim Clerici pueri Scholares, qui pariter 16
dictæ Baſilicæ deſeruiant, & Grammaticam, ac Muſicam
diſcant, ac demum duo Magiſtri vnus Muſicæ, alter Gram-
maticæ, qui itidem vti hactenus conſueuerunt ſuo munere
fungantur. Qui quidem omnes, & eorum vnuſquiſque
ſalario, ſeu mercede eis, & eorum cuilibet per Archipreſ-
byterum, & Capitulum prædictos aſſignando ipſorumque
Archipresbyteri, & Capituli arbitrio augendo, minuendo,
& alterando, ſeu augenda, minuenda, & alteranda conten-
ti ſint, nec quicquam aliud petere, aut prætendere, ſine
eorumdem Archipresbyteri, & Capituli licentia vnquam
poſſint, de cætero ſemper manuteneri debeant ac ſalarium
eis, vt præfertur, tam pro celebratione Miſſarum, quam pro
cantu, & alijs ſeruitijs ſupradictis eis aſſignetur. † Quod- 17
que ſupradictus Cantorum cuiuſque generis, nec nõ Cap-
pellanorum, Scholarium, Magiſtrorum, Miniſtrorum, ſeu
inſeruientium numerus omnino perpetuis futuris tempo-
ribus retineatur, nec vllatenus diminuantur eorum vero
ſingulorum ſalaria, ſtipendia, regalia, & mercedes arbitrio
Archipresbyteri, & Capituli prædictorum prout ipſi Baſi-
licæ magis conducere videbitur annuatim, vel in ſingu-
los menſes, vt dictum eſt augeantur, minuantur, muten-
tur prout perſonarum, & temporum qualitate penſata co- 18
gnouerint expedire. † Quicquid vero eis perſolutis, ſupe-
rerit id omne Baſilicæ prædictæ, ſeu menſæ Capitulari pro
rata, vt moris eſt inter Canonicos, & inferiorum Ordinum
Beneficiatos, & Clericos diſtribuatur. Præſentes autem
litteras de ſurreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio,

Digitized by Google

etiam ex eo quod intereſſe habentes vocati, auditi, & cauſæ propter quas emanarunt iuſtificatæ non fuerint, aut alias quouis prætextu impugnari, inualidari in Ius, vel cõtrouerſiam reuocari, aut ad terminos Iuris reduci, vel aduerſus eas quodcumque iuris, aut gratiæ remedium impetrari nullo modo poſſe, aut debere, ſed perpetuo vaildas, & efficaces fore ſicque in Vniuerſis, & ſingulis præmiſſis per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate iudicari, & diffinire debere, nec non quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter cõtigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quo circa venerabili fratri noſtro Epiſcopo Amerin. & dilectis filijs noſtro in Alma Vrbe in ſpiritualibus Vicario, nec non cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Capituli Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum prædictorum, & cuiuslibet eorum fuerint requiſiti præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque ſolemniter publicantes eiſque, & cuilibet ipſorum in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eaſdem litteras præſentes & omnia, & ſingula in eis contenta huiuſmodi ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit in futurum, inuiolabiliter obſeruari, nec non Archipresbyterum Capitulum Canonicos, Beneficiatos, & Clericos prædictos, ac alios quorum intereſt, & intererit quomodolibet in futurum illis pacificè frui, & gaudere, nec permittant eos, aut eorum quempiam contra præſentium tenorem quomodolibet indebitè moleſtari contradictoresquoslibet, & rebelles, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcen-

pescen-

peſcendo Inuocato etiã ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis,non obſtantibus prædictis, & præſertim ipſius Gregorij noſtri Prædeceſſoris nouiſsime editis ſuper Statu,& adminiſtratione Cappellæ Iuliæ litteris, nec non alijs. Quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,ac in nouiſsime celebrato Lateranen vniones perpetuas niſi in caſibus à iure permiſsis fieri prohibente, ac alijs Concilijs etiam generalibus editis noſtriſque de Vnionibus committendis ad partes vocatis quorum intereſt, & de exprimendo vero valore,ac non tollendo iure quæſito, & alijs Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, ac Sanctæ memor. Pij Papæ IV. etiam noſtri Prædeceſſoris de reintegrandis in Camera Apoſtolica gratijs intereſſe Cameræ prædictæ quomodolibet directe, vel indirecte concernentibus, ita vt ipſi Capitulum Canonici Beneficiati, & Clerici, nec alius pro eis præſentes litteras inſinuare præſentare, aut reintegrare non teneantur, & nihilominus valeant Regibus Imperialibus dictæque Baſilicæ iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, & ab immemorabili tempore pacifice obſeruatis,atque adeo ipſis fundationibus primęuis inſtitutionibus teſtamẽtis donationibus fundatorumque, & teſtatorum diſpoſitionibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis,ac cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatorijs, irritantibuſque,& alijs præſeruatiuis, reſtitutiuis,& efficaciſſimis,ac validiſſimis,& inſolits clauſulis decretis alias quomodolibet motu, & ſcientia ſimilibus,ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſis, approbatis, & innouatis quibus omnibus etiamſi in eis caueatur expreſsè, quod illis nullatenus, aut niſi ſub certis inibi expreſsis modis, & formis, & de conſenſu perſonarum inibi expreſſarum, aut illis ſaltem prius monitis, & citatis, & ex cauſis vrgentiſſimis, ac prorſus neceſſarijs, tunc ſpecificatis, nec alias derogari queat, & alias factæ derogationes

gationes nullius ſint roboris, vel momenti deque illis eorũque totis tenoribus ad verbũ inſertis ſpecialis ſpecifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quæuis alia expreſſio habenda, aut requiſita forma ſeruanda foret tenores huiuſmodi pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe, ac latiſſime motu ſimili derogamus contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſsint per litteras apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem; Volumus autem, quod obligatio manutenendi quindecim Cappellanos, vt præfertur, & priuatim quindecim Miſſas prædictas quotidie in dicta Baſilica celebrari faciendi à Kalendis Ianuarij proximè venturi incipiat, quodque onera quæcunque etiam hic non expreſſa debita, & conſueta dictis Sacriſtiæ, &
19 Cappellæ Iuliæ incumbentia ex redditibus Maſſæ cũ communis prædictæ etiam ſi redditus proprij ipſarum Sacriſtiæ, & Capellæ Iuliæ, ſic, vt præfertur incorporati ad id non ſufficiant ſicuti ipſius Baſilicæ dignitas, & amplitudo requirit congruè ſupportentur, nec propterea dicti Canonici, Beneficiati, & Clerici pſalendi, canendi, orandi, ac aliorum huiuſmodi munerum functionis negligant, aut ab ijs ſe abduci ſinant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, liberationis, remiſsionis, condonationis, diſpenſationis, abolitionis, reſtitutionis, reintegrationis, conuerſionis, indulti, ſublationis, ſubmouitionis, æquationis, reductionis, moderationis, commutationis, decretorum innouationis, ampliationis, ſuppreſsionis, ſeparationis, applicationis, aſsignationis, annexionis, declarationis, reductionis Statuti, ordinationis mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contrarie, ſi quis autem hoc attentare

tare præſumpſerit indignationes omnipotentis D E I, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Tenor autem dictæ Tabellæ Anniuerſariorum particularium ſequitur, & eſt talis, videlicet: Feria ſexta primæ hebdomadæ Quadrageſimæ exequie Nicolai Tertij. Feria ſexta ſecunda hebdomadæ Quadrageſimæ Exequiæ Bonifacij Octaui. Feria ſexta, tertiæ hebdomadæ Qmadrageſimæ Exequiæ Sixti Quarti. Feria ſexta, quartæ hebdomadæ Quadrageſimæ Exequiæ Riccardi Card. Conſtantij. Feria ſexta hebdomadæ quintæ Quadrageſimæ Exequiæ Iacobi Muti Epiſcopi Spoletañ. Februarius die 21. celebrantur Exequiæ Iulij Secundi. Martius die 20. Exequiæ Romul Neronis Beneficiati. Die 26. Exequiæ Flaminij Diotaiuti Clerici, & Diaconi. Die 31. Exequiæ Bonihominis Beneficiati. Apr. die 13. Exequiæ Gherardi Tribulotti Beneficiati, & Subdiaconi. Maius die 3. cantatur Miſſa ad Altare Vultis Sancti, & poſt Miſſam dicitur reſponſorium. Die 22. exequię Aurelij de Tortis Canonici. Iulius die 17. Exequiæ Iacobi Herculani Canonici, & Altariſtæ, & eius Fratris, & auunculi ad altare Sanctiſs. Sacramenti. Die 26. Exequiæ Innocentij Octaui ad propriam Cappellã. Die 31. Exequiæ Anſuini Prioris Beneficiatorũ. Auguſtus die 16. Exequiæ Bernardini de Cruce Epiſcopi Comeñ, & Canonici. Die 18. Exequiæ Pauli Tertij. Die 31. Exequiæ Ludouici Francorum Regis. September die prima Exequiæ RR.DD. Canonicorum huius Baſilicæ. Die 11. Exequiæ Gaſparis Blanchi Canonici. Die 18. Exequiæ Cæſaris de Ruere Clerici, & Subdiaconi. Nouember die 2. Commemoratio omnium Defunctorum. Die 3. Exequiæ RR. DD. Canonicorum, Beneficiatorum, Clericorum. Die 4. Exequiæ Societatis Sanctiſsimi Corporis Chriſti ſequentibus diebus in Choro gradatim celebrantur. Exequiæ infraſcriptæ præſente Clero Mediariæ, & poſt Miſſam cantatur reſponſorium in locis proprijs. Exequiæ Nicolai Tertij. Exequiæ Card. Conſtantij. Exequie Bonifacij Octaui.

Exequiæ

Digitized by Google

Exequiæ Innocentij Octaui. Exequiæ Sixti Quarti. Exequiæ Iulij Secundi. Die 10. Exequiæ Pauli Tertij. December die 12. Exequiæ Mutij de Fabijs Canonici, qui obijt 13. Dat. Romæ in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo no, 5 Kal. Octobris, Pontificatus noſtri anno quinto, &c. Pro Reuerendiſſ D. Summatore Fr. Hieroſolymitanus, M. Veſtrius Barbianus, A, &c. de Alexijs.

Loco † plumbi pendentis.

Bullæ

Digitized by Google

Bullæ Pauli V. Pont. Max.

SVMMARIVM.

Confirmatio &c. Bullarum Nicolai III. Bonifatij VIII. Sixti IV. Iulij II. Pauli III. Pij V. & Sixti etiam V. 1

Confirmatio vſus quotidianarum diſtributionum. 2

Tàm Canonici, quàm Beneficiati, & Clerici debeant intereſſe omnibus horis Canonicis &c. 3

Non priuatim in Choro officium dicant, neque litteras, libroſq; aut alia ſcripta legant, ſed Pſalmis, & Canticis Dei nomen, reuerenter, diſtinctè, deuotè, ſtudioſè, & attentè, non per ſyncopam, vel tranſcurſum laudent, & horas Canonicas alta voce pronuncient. 4

Miſſas tam pro viuis, quàm pro defunctis celebrare per ſe ipſos, non autem per ſubſtitutos perſoluere teneantur, contrauenientes, diſtributiones quotidianas non lucrentur, nec faciant ſuas. 5

Licet ſi tempus recitandarum horarum per aliquod Eccleſiaſticum munus, vel ſimilem rationabilem cauſam impediatur anticipare, vel diferre. 6

Canonici, Beneficiati, & Clerici officium B. Mariæ Virginis in Choro deuotè, & attentè recitare teneantur. 7

Beneficiati, & Clerici officium Mortuorum per eos celebrari ſolitum nullatenus omittant, proceſſioneſque, & alia officia, tàm intra, quàm extra Baſilicam per Canonicos, ex conſuetudine celebrari ſolita omninò celebrent. 8

In Sacriſtia dictæ Baſilicæ ſit Tabella appenſa, in qua Anniuerſaria, & onera omnia deſcripta ſint. 9

Canonici, qui in Diaconatus, & Subdiaconatus munere miniſtrant diebus Dominicis, & ſolemnioribus diebus ſacram communionem percipiant. 10

11 *Beneficiati, & Clerici, qui Accoliti officio in Miſſarum celebratione funguntur ſacram communionem percipiant.*

12 *Beneficiati, & Clerici, qui Sacerdotes non ſunt, ſaltem ſemel in Menſe, & in ſolemnibus feſtiuitatibus ſanctam Euchariſtiã ſumant.*

13 *Sacerdotes tàm Canonici, Beneficiati, & Clerici ſaltem Dominicis diebus, & feſtis ſolemnibus Miſſas celebrent, & per Vicarium cogantur.*

14 *Canonici, Beneficiati, & Clerici primo anno eorum reſidentiæ dimidiam tantùm diſtributionem, ac aliorum fructuum partem percipiant, & reliqua dimidia Sacriſtiæ.*

15 *Dulciaria Turnorum lucra nuncupata ſolui, peti, & exigi, recipi non valeant etiam à ſponte dantibus.*

16 *Canonici, Diaconi, & Subdiaconi munia obire tenentur, abſentes, vel impediti ſuis vicibus miniſtrare non poſſint, ad Archipresbyterum pertineat deſignare alios, qui eorum vices impleant.*

17 *Beneficiati, qui Sacerdotes, Diaconi, aut Subdiaconi non exiſtũt ordinem prædictum infra ſex menſes ſub Beneficij priuationis pœna eo ipſo incurrenda ſuſcipiant.*

18 *Beneficiatorum numerus 36. Clericorum verò 25. nullo vnquã tempore diminui poteſt, Cappellanorum, Cantorum, Clericorum, Magiſtrorum, ac ſeruientium ſtatus non poteſt immutari, & numerus eorum à Sixto V. præfixus retineatur, eiſq; ſalarium de Maſſa communi ſolui debeat.*

19 *Munus Beneficiatorum, & Clericorum eſt Antiphonas, Reſponſoria, & Pſalmos cantare, & ideò non admittantur ad lucrandas diſtributiones quotidianas, niſi ſuper Cantus firmi peritia examinentur.*

20 *Canonicus Hebdomadarius, dum Diuina celebrat primum locum inter Canonicos ex parte Chori tenere debeat, idem Hebdomadarius Beneficiatus inter Beneficiatos, & Clericus inter Clericos.*

21 *Quando Miſſa cantatur, Pax detur primò Canonicis, deindè*

Bene-

Digitized by Google

Beneficiatis,& Clericis, idemq; ordo omninò ſeruetur,qui in incenſando ſeruatur.

Hebdomadarius impeditus,quo minus intereſſe,& deſeruire nō 22
poſſit id tali tempore denunciet, quo ſequētibus hebdomadarijs per eum ad quem ſpectabit nocificari poſſit, aliàs pœna arbitrio Vicarij mulctetur.

Si quis autem infirmetur,aut debilitetur, & inſeruire non po- 23
teſt,Vicario, aut Punctatori denunciet, qui ſequenti die ad viſitandum tranſmittant.

Abſentes pro negocijs Baſilicæ ſignificare teneantur. 24

Si quis exierit à Choro, antequam hora finiatur abſque licentia 25
Vicarij ab eodem corrigatur, & in amiſſionem illius horæ, vel pro qualitate exceſſus mulctetur.

Qui finita hora Canonica,ſed non finita hora officij Beatiſſimæ 26
Virginis à Choro diſceſſerit eadem pœna mulctetur.

Non poteſt Capitulum, aut aliquis ex dicto Capitulo quibuſue 27
intereſſe,& deſeruire deficientibus,ſiue donatione pura, ſiue aliquo quouis modo mulctam remittere iuxta Conſtitutionē Pij V. incipien. cum in omnibus &c.

Qui per Annum continuum, abſque Archipresbyteri, ſeu Vica- 28
rij licentia abſens fuerit,licèt ex diſpoſitione Nicolai III. anno elapſo ſit ipſo iure priuatus, non ideò minus contra ſic abſentes poteſt iuxta Conſtitutionem Concilij Tridentini infra Annum procedere.

Archipresbyter, ſiuè eius Vicarius, Canonicis, Beneficiatis, & 29
Clericis non poteſt concedere, vt vltra tres menſes poſſint abeſſe, niſi ex cauſis à iure communi, vel Conſtitutionibus Apoſtolicis conceſſis.

Tam Archipresbyter, quàm Capitulum non poteſt cuiquam ſe 30
abſentandi citra tres Menſes licentiam concedere.

Canonici, Beneficiati, & Clerici eumdem habitum deferre, & 31
vti noſcuntur in futurum abſque vlla differentia debeant.

Canonici,Beneficiati, & Clerici iuxta conſtitutionem Eugenij
Quarti non poſſint ingredi in eadem Baſilica, neque in ea 32
morari, quàm cum habitu Chori.

33 *Nullo modo liceat Capitulum, ſeu Congregationem intimare, ſeù aliud munus peragendum differre, in tempus, in quo Diuina officia ſolita ſunt celebrare.*

34 *De certa ad Chorum accedendi, & ab eo recedendi ratione de congrua canendi, & modulandi ratione, & de his, quæ ad debitum in Diuinis officijs ordinem ſpectant Archipresbyter, ſiuè eius Vicarius vna cum Capitulo, vel ſaltem duobus eiuſdem Baſilicæ Canonicis certam formulam præſcribant.*

35 *Correctio eorum, qui verbis, vel factis Chriſtianæ, Clericaliſque modeſtiæ formam, & modum in Sacriſtia, & præſertim tempore, quo ſacris veſtibus ſunt induti non ſeruant Archipresbytero, vel eius Vicario abſente ad Canonicos Sacriſtas pro tempore exiſtentes pertineat, & qui parere noluerint etiamſi Canonicus ſit illius diei diſtributionem amittat.*

36 *Canonicus, qui prior in ordine reſidere ſolet, & præſens fuerit abſente Vicario inuigilabit, vt Diuinum officium rectè, vt debet celebretur, omneſque illi obedire debeant; Reſilientes verò illius diei diſtributionem non lucrentur.*

37 *Sacra ſuppellex multiplex, & variorum colorum diſtincta, ac vna altera pretioſior, vt apparatuum, & ſuppellectilium huiuſmodi, tum valores, & colores, tum feſtiuitatibus, tum perſonarum, quæ ijs vti debent dignitatibus omnino reſpondeant.*

38 *Archipresbyter curam habebit ſupellectilium ſupradictorum, eiuſque officium erit ſtatuere, quæ pars eiuſdem ſuppellectilis communis eſſe debeat ſolemnium Miſſarum, & Diuinorum officiorum tum Epiſcopalium tum aliorum &c.*

39 *Quique Apparatus locis proprijs cuſtodiendi diſtinctè Diuinis officijs addicentur.*

40 *Archipresbyter ſingulis Annis Sacriſtiæ ſuppellectilem viſitabit, & recognoſcet, & de opportunis prouideri præcipiat.*

41 *Beneficiatorum ſcamna, dum extra Chorum officia celebrantur pannis viridis coloris cooperiantur.*

Presby-

Digitized by Google

Preſbyterium ſiue Canonicus, ſiue Beneficiatus, aut Clericus Miſſam cantans eodem modo, & ſine aliqua prorſus differentia ſemper ornari debeat. 42

Sex Camerarij ſcilicèt quatuor Canonici, & duo Beneficiati abſentias tam Canonicorum, quàm Beneficiatorum, & Clericorum, aliorumque, qui Miſſis, Diuiniſque officijs, ac alijs muneribus per eos obeundis non interfuerint, notare debeant iuxta Conſtitutionem Nicolai III. & Iulij II. 43

Camerarij prædicti mercedem in Conſtitutione Iulij II. aſſignatam recipiant. 44

Cui autem negocia Baſilicæ commiſſa fuerint eius malitia, dolo, vel frande damnum aliquod peruenerit, teneatur de ſuo reſarcire damnum. 45

Si quæ lites, & controuerſiæ inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos oriri contigerit, expenſæ in futurum de communi maſſa non fiant, ſed vnaqueque partium lites huiuſmodi proprijs proſequatur expenſis. 46

Adminiſtratio bonorum Baſilicæ pertinet ad Canonicos ſine Beneficiatis, præterquam in caſibus per Conſtitutiones Apoſtolicas huius Baſilicæ prohibitis. 47

Beneficiati, & Clerici vocem habeant in Capitulo aſſentiendi, & diſſentiẽdi in alienationibus immobilium, ac iurium Baſilicæ, ac in locationibus Caſalium vltra nouẽnium ſeù Domorum vltra tertiam generationem. 48

Conſtitutionem Nicolai III. incipientem Ciuitatem Sanctam non fuiſſe, nec eſſe ſublatam per non vſum, vel per contrarium vſum, ſeu præſcriptionem. 49

Conſtitutiones Summorum Pontificum communibus impenſis per capita ſingulorum officia, & munera continentia ad vſũ totius Cleri imprimantur. 50

Singulis Annis certa die per Archipreſbyterum, vel eius Vicarium ſtatuenda, perlegantur Conſtitutiones ſupradictæ, & à principio vſq; ad finem lectionis intereſſentibus diſtributio largiatur videlicet Canonicis octo, Beneficiatis quatuor, Clericis duo Iulios, & non intereſſentes pœna in Conſtitutione 51

tione Nicolai III. concenta puniantur.

52 Quicumque eiuſdem Baſilicæ Canonicatum, & præbendam, ſiue beneficium, Beneficiatus, aut Clericatum nuncupatum quouis modo obtinuerit, & de eo prouiſus fuerit libellum ſupradictum recipiat, & de verbo ad verbum tacta Sacroſancta Dei Euangelia iuramentum præſtet.

53 Ordinationes, Statuta, & alia ſupradicta in perpetuum inuiolabiliter obſeruentur.

54 Non poſſe dari de ſubreptione, obreptione, vitio nullitatis, vel quoquam alio defectu notari, impugnari, inualidari &c. cum clauſula ſublata, decreto irritantè aliiſque &c. & contrafacientes &c. in indignationem Omnipotentis Dei, Beatorumque Apoſtolorum Petri, & Pauli incurrerent &c.

PAV-

Digitized by Google

PAVLVS EPISCOPVS

ſeruus ſeruorum Dei

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

SVPER Cathedram præeminentiæ Paſtoralis meritis licèt imparibus Diuina diſponente clementia conſtituti, & ſi cunctarum Eccleſiarum aſſidua nos ſollicitudo præmat, & quotidiana ipſarum ad Nos hæc pulſet inſtantia, præcipuè tamen cura Baſilicæ noſtræ Principis Apoſtolorum de Vrbe, in quo Sanctitas Principatus Eccleſiæ reſplendet, & innumera Martyrum aliorumque corpora Sanctorum coluntur, excitat mentem noſtram, vt poſtquam ad illius maximum, & admirabile ædificium perficiendum animum noſtrum extendimus, etiam ad Diuini cultus in ea augumentum, illiuſque Miniſtrorum pacem, & profeſſionem feruentibus votis intẽdamus, ac noſtræ pietatis dirigamus affectum varias controuerſias, & lites inter eiuſdem Baſilicæ Canonicos ex vna, ac illius Beneficiatos, & Clericos ex altera partibus pacis æmulo, ſatore zizaniæ procurante ortas, & à pluribus annis in diuerſis temporibus non ſine magno diſpẽdio agitatas, nec tamen hactenus abſolutas terminando, cum non doceat eos, qui in ſortem Domini vocati ſunt exercere lites, quæ criminum materiam pariant, diſcordiam nutriunt, prauiſque actibus aditũ præbent, ac diſſidia, & omnia ſuſcitant, vt ipſi Canonici, Beneficiatos, & Clericos fraternè pertractent, & verſa vice Beneficiati,

ficiati, & Clerici eoſdem Canonicos ea qua conuenit decentia reuereantur, & inter eos præciſis radicibus diſſidiarum vepribus, & litigiorum anfractibus omninò ſubductis pacis tranquillitas, vigeat feruor charitatis exeſtuet, inualeſcat concordiæ vnitas, animorum conformitas perſeueret, & cum non niſi pacis tempore bene colatur, pacis auctor ipſi omnes eo feruentiùs, & frequentiùs poſſint Diuinis in ipſa Baſilica, vt par eſt intereſſe quo prorſus fuerint ab omni contentione, & inquietudine ſemoti. Vndè Nos pij Patris, more laudabili, moleſtè ferentes, incommoda filiorum reducentes ad exactæ conſiderationis examen, ac intra pectoris clauſtra ſollicitè reuoluentes, quæ ſit plena periculis, quæ onuſta diſpendijs quamquam in Diuinæ Maieſtatis conſpectu reddatur exoſa diſcordia ſupradicta, & propterea pro noſtri Paſtoralis officij munere Paternæ ſollicitudinis ſtudio illam prorsùs euellere, ac omnimodè ſubmouere intendentes nullis vnquam futuris temporibus fauente Deo ſuſcitandam grandi quoque deſiderio cupientes, vt huiuſmodi negocium, quòd potiſſimè inſidet cordi noſtro finem ſalubrem, & celebrem per Apoſtolicæ ſolertiæ ſtudium conſequatur, litium, & controuerſiarum huiuſmodi, tàm ſuper bonorum, & rerum ad dictam Baſilicam ſpectantium, & pertinentium adminiſtratione, & gubernio, quam Diuinorum officiorum in eadem Baſilica recitatione, & celebratione coram quibuſcumque Iudicibus ordinarijs, & delegatis, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoribus, eorumque locatenentibus, ac S.R.E. Cardinalibus pendentium ſtatus, & merita, nominaque & cognomina Iudicum, & Collitigantium, eorumque iura, & actiones præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes Motu proprio non ad Canonicorum, Beneficiatorum, & Clericorum prædictorum, aut aliorum quorumcumque inſtantiam, petitionem, ſed ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine lites, & controuerſias prædictas in quacumque inſtantia, & in quouis ſtatu, & terminis pendentes,

tes,

Digitized by Google

tes, etiamſi ſuper illis, vel earum incidentijs plures deciſiones, & ſententiæ ad fauorem cuiuſuis eorum latæ, & promulgatæ, ac in rem iudicatam tranſactæ fuerint ad Nos harum ſerie auocamus, illaſque pœnitùs extinguimus, ac ipſis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis deſuper perpetuum ſilentium imponimus.

Inſuper motu, ſcientia, ac poteſtate ſimilibus ad honorē 1
Dei, quietum ſtatum omnium prædictorum, ac Diuini cultùs in dicta Baſilica incrementum filicis recordationis Nicolai III. Bonifacij Octaui, Sixti Quarti, Iulij ſecundi, Clementis Septimi, Pauli Tertij, Pij Quinti, & Sixti etiam Quinti Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones ſuper modo, & forma dictæ Baſilicæ in Diuinis inſeruiendi, ac ſuper rerum, & bonorum illius adminiſtratione editas, quarum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum hic inſerti forent etiam præſentibus pro expreſſis habentes auctoritate Apoſtolica tenore præſentium cum moderatione tamen, ac declaratione infraſcriptis perpetuò innouamus, confirmamus, & approbamus, illaſque aduerſus quaſcumque reuocationes, ſuſpenſiones, vſus, conſuetudines, & illarum non obſeruantiam reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, eaſque omnes, & earum ſingulas à Canonicis, Beneficiatis, & Clericis antedictis inuiolabiliter ſaluis tamen moderatione, ac declaratione infrapoſitis ſub pœnis, & cenſuris in illis, & in hac noſtra contentis de cœtero obſeruari præcipimus, & mandamus.

Præterea cum diſtributionum quotidianarum vſus adin- 2
uentus fuerit, neque in parte diuinus cultus minueretur, ſed ei debitum omnibus in rebus obſequium præſtaretur, nec iuri conſonum videatur, quem diſtributiones huiuſmodi lucrari, munia verò Eccleſiaſtica non obire.

Hac in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, vt nō 3
ſolùm Beneficiati, & Clerici, ſed etiam Canonici prædicti omnibus horis Canonicis tàm diurnis, quàm nocturnis in d. Baſilica celebrandis intereſſe.

Digitized by Google

4 Et in Choro nõ priuatim officium dicere, aut quod valde indecens eſſet litteras, libroſque, aut alia ſcripta legere, ſed Hymnis, Salmis, & Canticis Dei nomen reuerentèr, diſtinctè, deuotè, ſtudioſè, & attentè, non autèm per ſyncopam, vel per tranſcurſum laudare, & horas Canonicas prædictas alta voce pronunciantes, ac alijs Cappellanis, & Cantoribus ſuas voces pro maiore illius excelſi templi decore adiungentes recitare.

5 Miſſaſq. tam pro viuis, quam pro defunctis celebrare, & alia diuina Officia per ſe ipſos, non autem per ſubſtitutos perſoluere teneantur, & debeant alioquin diſtributiones quotidianas, necnon quæ ſecundum conſtitutionem eiuſdem Nicolai Tertij ſunt diuidenda inter Canonicos, Beneficiatos, & Clericos prædictos præſentes & inſeruientes tãtum, prout cæteræ diſtributiones ad quatuor, duo, & vnum minuta, & excepta intereſſentibus, & inſeruientibus debita non lucrentur, & ſua faciant.

6 Quo verò ad recitandarum horarum huiuſmodi tempus multum laudabile eſſet illud correſpondere officio, quia tamen aliquando id per aliud Eccleſiaſticum fructus impeditur, liceat propterea eiſdem Canonicis ex proceſſionis, ſeu concionis, aut aduentus Papæ, vel alia ſimili iuſta cauſa arbitranda per Vicarium dictæ Baſilicæ pro tempore exiſtentem ſtatutum horarum Canonicarum huiuſmodi recitandarum tempus anticipare, vel differre.

7 Et quia valde honeſtum eſt laudabiles conſuetudines, præſertim, quæ laudem, & honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ reſpiciunt obſeruare, volumus, quod ijdem Canonici, Beneficiati, & Clerici officium eiuſdem immaculatæ Virginis, prout hactenus in dicta Baſilica laudabiliter obſeruatum fuit, deuotè, ac attentè recitare teneantur.

8 Et cum ſancta, & ſalubris ſit cogitatio pro defunctis exorare, Beneficiati, & Clerici officium mortuorum per eos celebrari ſolitum nullatenus omittant. Necnon proceſſiones, & alia officia, tam intra, quam extra Baſilicam ipſam

per eoſdem Canonicos, Beneficiatos, & Clericos ex conſuetudine dictæ Baſilicæ fieri, & celebrari ſolita omnino celebrentur & fiant.

9 Ne autem in officijs celebrandis, & alijs munijs obeundis per ignorantiam, vel in curiam error oriatur, vel ipſa officia omittantur in Sacriſtia d. Baſilicæ teneatur appenſa Tabella, in qua iuxta Conſtitutionem eiuſdem Sixti V. munera, Anniuerſaria, & onera omnia, præſertim quæ ex præſcripto eiuſdem Sixti V. perſolui debent, & quæ ex cõſuetudine præſtari ſolent, deſcribantur.

10 Cæterum ſicut vt ipſa Baſilica, tam ſanctitatis, quam ædificij ratione celebris exiſtit, ita ratione gubernij circa diuinum ſeruitium, & ſeruientium mores celeberrima euadat. Statuimus, quod quemadmodũ Canonici ipſius Baſilicæ, qui Dominicis, & ſolemnibus diebus quando in Diaconatus, & Subdiaconatus munere miniſtrant ſacram communionem percipiant antiquum, & ſanctum primitiuæ Eccleſiæ morem in hoc ſeruando.

11 Ita à Beneficiatis, & Clericis, qui Accoliti officio in miſſarum celebratione funguntur, & Altari miniſtrant peragatur.

12 Præterea ipſi Beneficiati, & Clerici, qui Sacerdotes nõ ſunt ſaltem ſemel in menſe, & in ſolemnibus feſtiuitatibus Sanctam Euchariſtiam ſumant.

13 Sacerdotes verò tam Canonici, quã Beneficiati, & Clerici ſingulis ſaltem Dominicis diebus, & feſtis ſolemnibus, Miſſas celebrent,& ad hoc per Vicarium dictæ Baſilicæ cogantur,niſi onus ſæpius celebrandi,vel cura illis immineat Animarum tunc etenim ſuo muneri omnino ſatisfaciant.

14 Vt autem ipſius Baſilicæ Sacriſtia impenſas, quas quotidiæ neceſſario ſubire cogitur ſubſtinere poſſit ſtatuimus etiam, quod Canonici Beneficiati, & Clerici prædicti primo eorum reſidentiæ anno vltra alia pro dicta Sacriſtia ſolui ſolita dimidiam tantum diſtributionem ac aliorum quorumcumque fructuum, & obuentionum partem perci-

Digitized by Google

pere valeant, relicta reliquâ dimidia integrè, & ſine diminutione aliqua eidem Sacriſtiæ, juxta illius conſuetudinē hactenus obſeruatam, & à Concilio Tridentino approbatam.

15 Dulciaria verò Turnorum lucra nuncupata, nec ſolui, aut peti, & exigi, vel etiam à ſponte dantibus recipi valeāt ſub pœnis, quæ in Concilio prædicto, & cōſtitutione eiuſdem Pij V. incipiente durum eſt, continentur.

16 Licet autem in eadem Baſilica vltimi quatuor Canonici ſubdiaconi, quatuor verò immediatè ſuperiores Diaconi eſſe hactenus conſueuerint, tamen quia interdum Diaconi, & Subdiaconi abſentes, vel impediti ſuis vicibus non miniſtrant, decernimus, quod Diaconos, & Subdiaconos deſignare, qui abſentium, vel impeditorum vices impleat ad Archipresbyterum pertineat.

17 Et cum eorumdem Nicolai III. Bonifacij VIII. & Sixti Prædeceſſorum conſtitutionibus cautum ſit, quod Beneficiati omnes exceptis ſex, qui minoribus ordinibus miniſtrare debent Sacerdotes, vel Diaconi, aut Subdiaconi omninò eſſe, vel ſaltem infra annum promoueri debeant. Mandamus, quod Beneficiati, qui Sacerdotes, vel Diaconi, aut Subdiaconi non exiſtunt ordinem prædictum infra ſex menſes ſub Beneficij priuationis pœna eo ipſo incurrenda ſuſcipiant.

18 Et conſtitutioni eiuſdem Nicolai III. qui numerum Canonicorum d. Baſilicæ nunquam diminui poſſe decreuit, non minori affectu erga dictam Baſilicam inhærentes. Statuimus, quod Beneficiatorum in ea numerus triginta ſex, Clericorum verò vigintiquinque ad minus exiſtat, & nullo vnquam tempore diminui poſſit, Cappellanorum verò, & Cantorum, necnon Clericorum, & Magiſtrorum, ac ſeruientium ſtatus immutari nolumus, ſed numerus eorum ab eodem Sixto V. præfixus retineatur, eiſque ſalarium de maſſa communi, prout hactenus ſeruatum fuit, & hodie ſeruatur ſolui debeat pro maiori ornatu, & decore dictæ Baſilicæ,

Digitized by Google

ſilicæ ; & pro ſubeundis oneribus ; & canendis horis , nec
propterea Canonici, Beneficiati, & Clerici canendi, & orã-
di, aut aliorum numerum functiones negligere poſſe ; aut
ab illis ſe exemptos eſſe exiſtiment , ſed ſupra diſpoſita
omninò obſeruare teneantur.

Beneficiati, & Clerici verò Chori quorum inter cætera 19
munus eſt Antiphonas, reſponſoria, & Pſalmos cantare, ac
in diuinorum celebratione decenter ſeruire , antequam
promoueantur , ſeù ſaltem ad diſtributiones quotidianas
lucrandas admittantur ſuper Cantus firmi peritia exami-
nentur, & huiuſmodi Antiphonas intonare Matutinum in-
choare , & ad lectorium reſponſoria , aliaque in cantu fir-
mo decantanda decantare , ac ſimilia munera per ſe ipſos
ſubire teneantur.

Hebdomadarius autem , ſiue Canonicus, ſiue Beneficia- 20
tus, vel Clericus exiſtat, dum Diuina celebrat primum locũ
ex parte Chori videlicet Canonicus inter Canonicos, Bene-
ficiatus inter Beneficiatos , et Clericus inter Clericos tene-
re debeat.

Et quando miſſa cantatur Pax detur primò Canonicis, 21
deinde Beneficiatis , et Clericis, idemq; ordo in ipſa dan-
da omninò ſeruetur, qui hodie in incenſando ſeruatur.

Si quis verò Hebdomadarius aliquo legitimo impedi- 22
mento, quominus intereſſe, et deſeruire poſſit id tali tem-
pore denunciare curet , quo ſequentibus hebdomadarijs
per eum ad quẽ tunc ſpectabit notificari poſſit, ne aliquod
oriatur ſcandalum , alioquin huiuſmodi Hebdomadarius
deficiens , & non denuncians ſaltem decenti tẽmpore pœ-
na arbitrio Vicarij dictæ Baſilicæ mulctetur.

Cæteri autem , qui propter infirmitatem inſeruire non 23
poterunt, impedimentum huiuſmodi ſignificetur Vicario ,
aut Punctatori antea, vel ſaltem ſequenti die , et Vicarius
viſitatorem, qui viſitet, & referat ad prædictum infirmum
tranſmittere debeat.

Abſentes quoque pro negocijs dictæ Baſilicæ eorum 24
ab-

abſentiam ſignificare teneantur.

25 Et ſi quis exierit à Choro antequam hora finiatur abſq; licentia Vicarij, vel eo abſente illius, qui præeſt Choro ab eodem Vicario, vel ab eo, qui Choro præeſt corrigatur, & in amiſſionem diſtributionum illius horæ, vel alias arbitrio Vicarij, vel Præſidentis pro qualitate exceſſus mulctetur.

26 Et ſimili pœna teneantur, qui etiam finita hora Canonica, ſed non finita hora officij Beatiſſimæ Virginis, quando in Choro recitatur ab eodem Choro abſque dicta licentia diſceſſerint.

27 Nec Capitolum dictæ Baſilicæ, aut aliquis particularis ex dicto Capitulo quibuſuis intereſſe, & deſeruire deficiẽtibus, ſiuè donatione pura, ſiue alio quouis modo mulctã remittere valeat iuxta conſtitutionem Pij V. incipientem, cum in omnibus &c.

Quo verò ad abſentiam pertinet, licet Beneficiatus, qui per annũ continuũ abſq; Archipresbyteri, ſiuè eius Vicarij

28 licentia abſens fuerit ex diſpoſitione conſtitutionis eiuſdem Nicolai III. anno huiuſmodi elapſo ſit ipſo iure priuatus Beneficio non ideo minus poſſit contra talem Beneficiatum ſic abſentem etiam infra annum procedi iuxta conſtitutionem Conc. Trid.

29 Nec idem Archipresbyter, ſeu illius Vicarius prædictis Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, vt vltra tres menſes contra eiuſdem Conc. Trid. decretum poſſint abeſſe, niſi ex cauſa à iure communi, vel ex conſtitutionibus Apoſtolicis conceſſis.

30 Quinimò ſe abſentandi etiam citra tres menſes, & diſtributiones interim lucrandi ex alijs cauſis in prædictis conſtitutionibus Apoſtolicis non contentis, nec à iure cõceſſis, licentiam concedere non valeat.

31 Quia verò opportet Presbyteros, & Clericos præſertim Diuino cultui in tam celebri Baſilica cõſtitutos veſtes propriè congruentes dignitati, & ordini, dum Diuinis miniſterijs aſſiſtunt deferre, vt per decentiam habitus miniſtro

rum

Digitized by Google

rum qualitas, & officium oſtendatur, & Chriſtifidelium corda ad deuotionem excitentur. Statuimus, vt Canonici, Beneficiati, & Clerici prædicti eumdem habitum quem hodie in d. Baſilica deferre, & quo vti noſcuntur in futurum pariter deferre, & eo vti abſque vlla prorſus differentia debeant.

Et iuxta recolendæ mem. Eugenij IV. etiam Prædeceſſoris noſtri conſtitutionem in eadem Baſilica non aliàs 32
quam cum habitu Chori ingredi aut in ea morari valeant.

Et quia Sancta ſanctè tractanda ſunt, & res Diuinæ ex 33
quauis temporaria cauſa prætermitti non debent; Prohibemus quod nullo modo liceat Canonicis, Beneficiatis, & Clericis d. Baſilicæ conuocare, vel intimare Capitulum, ſeu Congregationem, aut aliud munus peragendum differre in tempus quo Diuina officia in eadem Baſilica ſolita ſunt celebrari.

Volumus autem, quod Archipresbyter, ſeù illius Vica- 34
rius vna cum Capitulo, vel ſaltem eiuſdem Baſilicæ duobus Canonicis certam formulam præſcribant in ijs, quæ ad debitum in diuinis officijs ordinem ſpectant, & de congrua in his canendi, & modulandi ratione, de certa lege in Choro conueniendi, & permanendi, & ab eo recedendi, ſimulq; de omnibus eiuſdem Baſilicæ Miniſtris iuxta prædicti Conc. Trid. conſtitutiones.

Abſentibus verò Archipresbytero & eius Vicario corre- 35
ctio eorum, qui verbis, vel factis, aut corporis geſtu, Chriſtianæ, & Clericalis modeſtiæ formam, & modum in Sacriſtia, eo præſertim tempore, quo ſunt ſacris veſtibus induti ad Altare Dei miniſtraturi non ſeruant, ad Canonicos Sacriſtas pro tempore exiſtentes pertineat, & qui parere noluerit, etiam ſi fuerit Canonicus illius diei diſtributiones amittat.

In Choro autem abſente Vicario, Canonicus, qui prior 36
in ordine reſidere ſolet, & præſens fuerit inuigilare, vt officium diuinum rectè, vt decet celebretur, in his etenim Ca-

no-

Digitized by Google

nonicus prior in ordine tamque Chori Præfectus ab omnibus etiam ab alijs Canonicis habeatur, & cum ipſe aliquid dicendum prouidendumque iuſſerit omnes eius dicto obedire teneantur, reſiſtentes verò, & obedire renuentes illius diei diſtributiones non lucrentur.

37 Verum cum eiuſdem Baſilicæ ſacra ſuppellex officiorum varietate, & in ea celebrantium qualitate, multiplex, & varia coloribus diſtincta, ac vna altera prætioſior exiſtat, vt apparatum, & ſupellectilium huiuſmodi valores, tum etiã colores cũ feſtiuitatibus, tum perſonarum, quæ ijs vti debent, dignitatibus omninò reſpondeant.

38 Archipresbyter eiuſdem Baſilicæ pro tempore exiſtens de his curã habebit, eiuſq; officium erit ſtatuere, quæ pars eiuſdem ſupellectilis communis eſſe debeat ſolemnium Miſſarum, & diuinorum officiorum, tum Epiſcopalium, tum aliorumque à Canonicis in ſolemnitatibus Dominicis, & feſtis diebus, qui à populo coluntur collegiatim celebrantur, & quæ item aliorum diuinorum officiorum, quę in alijs feſtiuitatibus etiam duplicibus, & ferialibus, à Beneficiatis, & Clericis habentur, ità vt in poſterùm miſſis, & diuinis officijs cęteriſque ſacris miniſterijs quibuſcumq; in ſolemnitatibus, Dominicis, & feſtis diebus huiuſmodi celebrandis pretioſior ſacrarum veſtium, & ornamentorum, ac reliqua ſupellectilis, apparatus proprius addictus ſit, ac diſtinctè aſſeruetur, & cuſtodiatur.

39 Quique apparatus loco etiam proprio cuſtodiendus addictus eſſe debeat Miſſis diuiniſque officijs à Beneficiatis, & Clericis celebrandis, vt vniuerſa ſuppellex ad eiuſdem Baſilicæ vſum comparanda tam pro Miſſarum etiam priuatarum, aliorumque diuinorum officiorum celebratione quæ pro Altarium ornatu, & miniſtrorum veſtitu neceſſaria decens, atque conueniens, dignitatique, & ſplendori tanti Templi congruens exiſtat.

40 Et propterea idem Archipresbyter ſingulis annis omnẽ ſupellectilem huiuſmodi viſitabit, recognoſcet, deſuperq;

prout

prout opus fuerit decernet, & ſtatuet, ab ijs ad quos pro tempore ſpectabit prouideri præcipiet.

Cum autem valdè indecens, & indecor, ac eidem Venerabili Baſilicæ indignum videatur, dum diuina officia extra locum Chori ordinarium celebrantur, ſcamna in quibus ipſi Canonici reſident, pannis ſeù tappetibus ornata eſſe, ea verò in quibus Beneficiati, & Clerici ſedere ſolent nuda, & omni prorſus ornamento ſpoliata conſpici. Statuimus vt perpetuis futuris temporibus quando officia huiuſmodi extra Chorum celebrari contigerit, ſcamna & inferiora Beneficiatorum, & Clericorum cooperiãtur pannis tamen viridis coloris, vt Canonicorum loca prout cõuenit magis ornata appareant. 41

Presbyterium verò, ſiue Canonicus, ſiue Beneficiatus, aut Clericus Miſſam cantet eodem modo,& ſine vlla prorſus differentia ſemper ornari debeat. 42

Ne autem negligentium culpa immunis euadat ipſorũ impunitas materiam cæteris præbeat delinquendi,ſed munera ſua non obeuntes debitis puniantur mulctis, vt delinquentium pœna reliquorum ſit magiſtra volumus,quod iuxta eorumdem Nicolai III. & Iulij II. conſtitutiones ſex Camerarij, quatuor verù Canonici, & duo Beneficiati à Capitulo eligantur, qui certo libro ad id ſpecialiter deputato abſentias tam Canonicorum, quam Beneficiatorum, & Clericorum aliorumque qui miſſis,& diuinis officijs etiã defunctorum, ac aliis muneribus per eos obeundis non interfuerint, ſeù non inſeruierint fideliter, ac diligenter notare teneantur. 43

Ipſique Camerarii mercedem in conſtitutione prædicti Iulij II. aſſignatam recipiant. 44

Quicumque verò Canonicus, Beneficiatus, vel Clericus cui eiuſdem Baſilicæ fuerint commiſſa negocia, malitia, dolo, ſeu fraude eidem Baſilicæ damnum aliquo intulerit, illud omninò de ſuo reſarciat,& prætereà ad aliorũ exemplum puniatur. 45

Digitized by Google

46 Verũ vt ipſi Canonici,Beneficiati,& Clerici abſtrahãtur à litibus inter ſe exercendis,prouidere cupientes,ſtatuimus quod iidem Canonici non valeant in futurum aliquas expenſas de maſſa cõmuni facere in quibuſuis litibus, quas inter ipſos, et Beneficiatos, ac Clericos prædictos oriri cõtigerit; ſed vt expenſarum grauitate deterriti procliuiores ad concordiam reddantur vnaquæque partium lites huiuſmodi propriis proſequatur expenſis,et de huiuſmodi communi maſsa ſolummodò liceat eis expenſas in litibus facere,quando pro iuribus eiuſdem Baſilicæ defendendis, et de communi Canonicorum, Beneficiatorum, et Clericorum intereſſe agetur.

47 Valeant tamen Canonici prædicti eiuſmodi maſſam cõmunem abſque Beneficiatis adminiſtrare, & de ipſa diſponere, præterquam in prædicto et aliis caſibus per alias cõſtitutiones Apoſtolicas eis prohibitis.

48 Inherentes conſtitutionibus eiuſdem Nicolai III. nec non ſimilis recordationis Pauli etiam III. prædictorum, volumus, quod in alienationibus immobilium, et iurium Baſilicæ, et in locationibus Caſalium vltra nouennium, ſeù Domorum vltra tertiam generationem, Beneficiati vocari debeant, et vna cum Canonicis vocem aſſentiendi, et diſſentiendi habeant.

49 Demum ad euellendas omnes ambiguitates, declaramus Conſtitutionem Nicolai Tertij prædicti incipientem Ciuitatem Sanctam, non fuiſſe, nec eſſe ſublatam, per non vſum, vel per contrarium vſum, ſeù per præſcriptionem.

50 Vt autem omnium, et ſingulorum, tam in hac noſtra, quam aliis prædeceſſorum noſtrorum ſuper præmiſſis editis conſtitutionibus contentorum facilior notitia, ad quos pertinet ad præſens, et in futurum pertinebit deuenire poſſit ſtatuimus, quod conſtitutiones prædictæ vnà cum præſentibus litteris inſimul, et in libellum per capita ſingulorum officia, et munera continentia, ac communi-

bus

bus impenſis ad vſum totius Cleri dictæ Baſilicæ redigantur, & imprimantur.

Singuliſque annis certa die per Archipresbyterum, vel eius Vicarium ſtatuenda perlegantur. Huic verò lectioni à principio vſque ad finem interreſſentibus ſingulis Canonicis octo, Beneficiatis quatuor, Clericis verò duo Iulij perſoluantur, non interreſſentes autem pœna in conſtitutione eiuſdem Nicolai III. contenta puniantur. 51

Quicumque verò in poſterum eiuſdem Baſilicæ Canonicatum, & præbendam, ſiue beneficium, Beneficiatum, aut Clericatum nuncupatum quouis modo obtinuerit, & de eo prouiſus fuerit vnum ex prædictis libellis ab Archipresbytero Baſilicæ prædictæ pro tempore exiſtente, ſiue ab eius Vicario, vt ad illam inſtructus accedat recipere, & in adeptione poſſeſſionis Canonicatus, & præbendæ ſiue beneficij huiuſmodi omnium, & ſingulorum in dicto libello contentorum obſeruantiam ad Sancta Dei Euangelia iurare debeat, & teneatur. 52

Decernentes ordinationes, ſtatuta, & alia ſupradicta quęcumque in præſentibus contenta, ab omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pertinet, & in futurum quomodolibet ſpectabit, & pertinebit & in perpetuum inuiolabiliter obſeruari. 53

Ipſaſque præſentes litteras, necnon omnia, & ſingula in eis contenta nullo vnquam tempore ex quauis etiam vrgenti, vrgentiſſima, & legitima cauſa, & occaſione, ſeù quocumque prætextu, vel capite vndecumque reſultante de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeù nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, inualidari, aut in ius, vel controuerſiam reuocari, ſiue ad terminos iuris reduci, aut aduerſus illas quodcumque iuris gratiæ, vel facti remedium impetrari, ſeù in iudicio, vel extra in dubium à quoquam reuocari poſſe, aut debere, etiam ſub prætextu, quod dicti Canonici, Beneficiati, & Clerici auditi, vel citati non fuerint, ſicque & non 54

fuerint, ſicque & non alias in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque iudices quauis auctoritate fungentes
1 etiam cauſarū Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales Legatos etiam de Latere, necnon dictæ Baſilicæ Archipresbyterum, dictæque Sedis Nuncios, in quauis inſtantia iudicari, & diffiniri debere. ſublata eis, & quibuſuis alijs aliter iudicandi, & diffiniendi poteſtate, & auctoritate, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis
2 auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus noſtra de non tollendo iure quæſito, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Baſilicæ iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, vſibus, & conſuetudinibus etiam longiſſimo, & immemorabili tempore obſeruatis, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis eidem Baſilicæ, vel illius Canonicis, Beneficiatis, & Clericis, ſeù illius Capitulo ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſuis etiam
3 derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibus, & alijs decretis, etiam per Nos, & quoſcumque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & Sedem prædictam etiam motu, & ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus in contrarium quomo-
4 dolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis, necnon ſententijs, decretis, deciſionibus deſuper forſan latis, & in rem iudicatam tranſactis, ac alijs omnibus, quæ præſentibus litteris quomodolibet obeſſe, vel illarum executionem impedire, differre, aut retardare poſſent. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione aliàs de illis eorumque totis tenoribus ſpecifica, ſpecialis, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia expreſſa forma ad hoc ſeruanda eſſet tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitùs omiſſo & forma in illis tradita ob-

ſer-

Digitized by Google

ſeruata inſerta forent præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum auocationis, extinctionis, impoſitionis, innouationis, confirmationis, approbationis, reſtitutionis, repoſitionis, reintegrationis, præcepti, Sanctionis, voluntatum mandatorum, ſtatutorum, prohibitionis, declarationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vndecimo Pridie Idus Octobris Pontificatus noſtri anno Septimo.

M. Cardinalis Nazarenus Prodatarius

S. Cobellutius.

S. de Vrſinis

Loco † Plumbi pendentis.

Digitized by Google

Bullæ Pauli III. Pont. Max.

Supra pag. 76.

S V M M A R I V M.

1 *PAVLVS III. confirmat decretum Clem. VII. circa medietatem annatæ debitæ in ingreſsu cuiuſque Canonici, Beneficiati, & Clerici Sacriſtiæ.*

2 *Reuocat decretum Clem. VII. contra Beneficiatos & Clericis cauere neſcientes.*

3 *Ordinat quod Cantores in proceſſionibus incidant ante totum Clerum Baſilicæ.*

4 *Approbatam conſtitutionem concordiæ Iulij II. executioni mandari præcipit.*

5 *Beneficiatos in alienatione bonorum & iurium & in locatione Caſalium vltra nouennium & Domorum vltra tertiam generationem vocem in Capitulo habere voluit iuxta Superiores conſtitutiones.*

R. P. D.

CAVALERIO

Romana Concordiæ S. Petri.

Veneris 12. *Februarij* 1610.

IAM Rota firmauit per duas deciſiones ſub diebus 13. Nouembris, & 11. Ianuarij proximè præteritorum in alienationibus rerum immobilium, & iurium Baſilicæ Sancti Petri, necnon in locationibus Caſalium vltra nouennium, vel Domorum vltra tertiam generationem Beneficiatos vocari debere, itaut habeant vocem conſentiendi, & diſſentiendi vigore Conſtitutionum Nicolai III. & Pauli III. felic. mem. Verum quia in propoſitione vltimi dubij multa deducta fuerant pro parte Capituli ſuper præſcriptione contra Beneficiatos, quæ viſa fuerunt digna conſideratione Rota voluit, quod ſuper præſcriptione particulariter diſputaretur. Ideò propoſui dubium an Beneficiatis obſtaret præſcriptio.

Pro parte Capituli multa deducebantur, & in primis curſus nedum 40. annorum neceſſarius de iure ad inducendam præſcriptionem. gloſſ. in cap. vltim. in verb. legitimè ſit præſcripta. de conſuet. c. auditis de præſcript. Verum etiam annorum 250. & vltra computando à die datæ Conſtitutionis Nicolai ſub 3. non. Februar. 1278. vſque ad Motum proprium Pauli III. quo medio tempore

plu-

plures alienationes factæ fuerunt, abſq; eo quòd vnquam Beneficiati interuenerint.

Quod autem hoc Ius eſſet præſcriptibile dicebatur apparere ex eo quia Canonici poterant illud acquirere mediante priuilegio, & ſic etiam mediante præſcriptione, omne enim, quòd eſt quæſibile per priuilegium, eſt etiam quæſibile per præſcriptionem. Felin. in cap. accedentes, num.6. de præſcript. Pariſ. conſ. 101. num.13. volum.1. & tanto magis dicebant informantes pro Capitulo eſſe præſcriptibile, quia Canonici habent intentionem fundatam de Iure communi circa adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ. Felin. in cap. edoceri. num.3. & ſeq. de reſcript. & fuit dictum in hac cauſa ſub die 3. Aprilis proximè præteriti, & ideo facilius intrare videtur præſcriptio in ipſorum fauorem, gloſſ. in c.1. in verb. titulum, propè fin. verſ. pone ergo de præſcript. in 6.

Verum his non obſtantibus Rota in hoc caſu non cenſuit Beneficiatis obſtare præſcriptionem, quia non ſumus in ſimplici priuilegio conceſſo Beneficiatis, ſed in ordinatione reſpiciente gubernium Eccleſiæ Sancti Petri, vt colligitur ex prohemio dictæ Conſtitutionis Nicolai III. vbi Papa poſtquam narrauit inordinatum ſtatum huius Eccleſiæ, & quod iampridem ad illius reformationem ſtudia ſua conuerterat ſub nu.6. dicit, ſe dum eſſet Cardinalis, & Archipresbyter huius Baſilicæ ſtatuta, & ordinationes pro huiuſmodi reformatione de conſenſu etiam Capituli feciſſe, eaque à Ioanne XXI. Prædeceſſore ſuo confirmata fuiſſe, poſtea ſub n.14. ſubdit, vt in eadem Baſilica loco eius ordinatio iſta ſuccedat, & quæ in ipſa connectimus inuiolabiliter inibi perpetuis temporibus obſeruetur. Cum autem ex hoc prohemio, ex quo regulariter colligitur mens, & animus diſponentis. Bart. in l. ambitioſa, n.27. ff. de decr. ad ord. facien. l. vlt. vbi Bart. et alij ff. de hæred. inſtit. Corn. conſ.43. n.1. verſ. et in præfatione dicitur. vol.1. fuit dictum in vna Cauallicen Baroniæ de Thoro 30. Maij 1572. corā

bo.

bo.me.Oradino appareat Papam proceſſiſſe ordinando, et ſtatuendo, quòd in iſtis alienationibus interuenirent Beneficiati, et haberet Ius aſſentiendi, et diſſentiendi, nō ad priuilegiandos Beneficiatos, nec ad priuatum ipſorum fauorem, ſed ad conſulendū indemnitati Eccleſiæ in re adeo præiudiciali, prut eſt alienatio bonorum, et pro ſalubri, et ſolido ſtatu Eccleſiæ, at ſunt clara verba conſtitutionis nu. 11. in fin. et alijs in locis; conſequens eſt, vt non poſſit dari legitima præſcriptio contra legem Papæ, quæ ab inferioribus nulla preſcriptione tolli poteſt contra eius mentē, et contra fauorem Eccleſiæ, cui nec tacitè, nec expreſsè renunciari poteſt. Dec. in cap. cum acceſſiſſent. nu. 94. de conſt. et ibid. Abb. nu. 7. Gabr. conſ. 151. n. 16. et duob. ſeqq. vol. 2. et ideo ad hunc effectum omnino neceſſaria erat ſcientia Papæ, ſine qua non poteſt conſiderari aliqua præſcriptio legitima, et releuans, vt fuit firmatū in dictis duabus deciſionibus ſub die 13. Nouemb. 1609. et 11. Ianuarij præteriti, quia non probata ſcientia legiſlatoris, aut ſucceſſoris æqualem poteſtatem habentis contrarius vſus nō ſuffragatur. Abb. in c. 1. nu. 4. de treug. et pac. Præpoſ. in c. in iſtis. §. leges. nu. 3. verſ. niſi dato conſenſu Papæ diſt. 4. Rot. deciſ. 10. de conſuet. in antiq.

Hæc autem ſcientia Papæ Dominis non videbatur fuiſſe à Canonicis probata, quia cōfirmationes Apoſtolicæ, quæ ab ipſis oſtenduntur de alienationibus factis à ſolis Canonicis non conſtat, quod fuerint conceſſæ à Papa tanquàm de alienationibus factis ſine interuentu, et conſenſu Beneficiatorum, ſed ſunt ſimplices literæ cōfirmatoriæ ſi in euidentem etc. Nec ex eis conſtat Papam habuiſſe ſcientiam certam, et poſitiuā, quod alienationes fuerint factæ abſq; Beneficiatis, et nihilominus talis ſcientia certa poſitiua, et expreſſa videbatur Dominis neceſſaria ad effectum inducendi præſcriptionem legitimam contra Conſtitutionem Papalem. Caputaq. deciſ. 204. n. 2. p. 3. vbi firmatur in ſimili materia Conſtitutionum Leonis X. conceſſarū Collegio

Ar-

Archiuij eas non potuiſſe elidi ex non vſu, vel contrarijs actibus ſine expreſſo conſenſu Principis, quem conſenſum debere eſſe expreſſum, et non tacitum dicit Franc. in cap. cum de beneficio, n.4. de præb. in 6. cum alijs ibi per eum alleg. et dicit Archid. in d. cap. cum de beneficio nu. 2. verſ. nec mireris. Ideo requiri expreſſum conſenſum Papæ, quia eius authoritas non eſt ab homine, ſed à Deo, et ideo ſine eius conſenſu non poteſt aliquid fieri ab homine, quòd ſit firmum, et ad hoc plura adducit.

Ex quibus tollebatur obiectum illud, quò ſufficiebat tacitus conſenſus Papæ ſecundũ opinionẽ Card. Turrecrem. in d.c. in iſtis. §. ſicut enim. verſ. ſecunda opinio. 4. diſt. arg. cap. vlt. de conſuetud. vltra quæ neq; de tali tacita ſcientia conſtabat per antedicta.

Deficiente igitur ſcientia Papæ, Rota dicebat non poſſe induci conſuetudinem rationabilem legitimè præſcriptã iuxta terminos. d. cap. vlt. vbi gloſſ. et DD. de conſuet. in quo textu fundata eſt opinio Card. Turrecrem. ex quibus tollebatur etiam aliud fundamentum Capituli, quòd ſcilicet hoc Ius eſſet præſcriptibile, quia eſto quò eſſet præſcriptibile, tamen non conſtabat de legitima præſcriptione ob defectum ſcientiæ Papæ per ſupra relata.

Præterea dicebant Domini nõ intrare præſcriptionem propter malam fidem Canonicorum ſemper continuatam, ex quo ipſi ſemper penes ſe retinuerunt, et ad huc retinent dictam Conſtitutionem Nicolai in Archiuio, ex hoc inducitur mala fides, Caputaq. deciſ. 24. n. 1. et 2. p. 2. mala fides enim adeſt, vbi datur ſcientia rei alienæ, et cum mala fide non datur præſcriptio. c. vlt. de præſcrip. reg. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. cum alijs cumulatis per Gabr. de præſcript. cõcluſ. 1. nu. 57. verſ. contrarium quod bona fides.

Tandem dicebatur non conſtare de aliqua contradictione Beneficiatorum, et tamen ad inducendum præſcriptionem neceſſe erat, quod in talibus alienationibus Beneficiati voluerint interuenire, et fuerint reiecti, in his enim

acti-

actibus negatiuis neceſſaria eſt prohibitio, et acquieſcẽtia. Couar. in d. reg. poſſeſſor. in 2. par. §. 4. nu. 6. verſ. huic ſanè obiectioni. Rip. in cap. cum Eccleſ. Sutrina. nu. 68. de cauſ. poſſ. et propr. fuit dictum in vna Papieñ bonorũ 16. Ianuarij 1599. coram Illuſtriſs. Card. Pamphilio.

Et ex his Rota non cenſuit Beneficiatis obſtare præſcriptionem.

R. P. D.

CAVALERIO

Romana Concordiæ S. Petri.

Lunæ 21. Iunij 1610.

VT tandem huiuſmodi cauſæ finis imponeretur, cum DD. Beneficiati nihil vltra ſe habere dicerent, ſuper quo diſputandum eſſet, propoſui dubium. An Conſtitutio Nicolai III. fel. me. circa officiũ, et poteſtatem ſex Camerariorum ſit hodie ſeruanda, et in quibus.

Et Domini vnanimiter reſponderunt Conſtitutionem eſſe ſeruandam in omnibus: cum enim in alijs deciſionibus in hac cauſa factis Rota pluries reſoluerit Conſtitutionem hanc Apoſtolicam factam pro bono regimine, et gubernio Baſilicæ S. Petri non potuiſſe abrogari per non vſum, vel per contrarium vſum, aut aliam præſcriptionem, ex doctr. Franch. in c. cum de beneficio, nu. 4. de præb. in 6. vbi etiam Archid. n. 2. verſ. nec mireris. cum alijs allegatis in dd. deciſionibus, reſultabat in conſequentiam reſolutio præſentis dubij, vt ſcilicet d. Conſtitutio eſſet etiam ſeruanda non ſolum in ijs, quæ in ea diſponuntur circa officium

cium

Digitized by Google

cium ſex Camerariorũ, verum etiam in omnibus alijs niſi contraria Conſtitutio oſtenderetur, per quam abrogata, vel reformata fuiſſet, et ideo ſi Domini Canonici prætendunt Conſtitutionem hanc aliqua in parte non eſſe ſeruãdam egent alia auctoritate, quàm Indicis, qui ex aliàs deductis non poteſt alio modo reſpondere, quàm Conſtitutionem factam à Summo Pontifice, cum tanta maturitate, et pro bono regimine Baſilicæ S.Petri eſſe in omnibus ſeruandam.

Nec cenſebant Domini obſtare, quod dicebatur pro parte Canonicorum formam illam datam cõſtituendi pecunias in Ærario cum ſex clauibus fuiſſe tantum factam pro augumento redditũum Capituli ad effectum emendi poſſeſſiones, quia ex verbis ſubſequentibus, nu:63. et 64. apparet, quod mens Summi Pontificis fuit, vt ibidem ſeruarentur etiam pecuniæ pro faciendis diſtributionibus,et alijs expenſis Eccleſiæ, quod etiã clarius exprimitur,n.66.

Nec huiuſmodi forma erat abrogata per Conſtitutionẽ Iulii II. fel.me. qua cautum fuit, vt conficeretur liber Cenſualis, in quo deſcribi deberent omnes fructus, redditus, prouentus,introitus, et emolumenta bonorum d.Baſilicæ, vt in d.Conſtit. Iulii, quæ datur impreſſa, n.13.

Quia etiam ante d. Conſtit. Iulii, erat in vſu liber Cenſualis, vel liber computi generalis, vt in eadem Conſtitut. Nicolai n.66. nec per talem ordinationem, vt conficeretur liber cenſualis Domini cenſuerunt eſſe immutatam diſpoſitionem d.Conſtitut. Nicolai ſuper officio, et modo adminiſtrandi ſex Camerariorum.

Ex quibus, et aliis deductis Rota concluſit Conſtit.Nicolai III. eſſe ſeruandam in omnibus etc.

Digitized by Google

Digitized by Google